
ALBERICI GENTILIS
I. C. PROFESSORIS REGII
AD PRIMVM
MACBAEORVM
DISPVTATIO.
AD
Illuſtrem & Reverendiss.
D. TOBIAM MATTHÆVM
EPISCOPVM DVNELMENSEM.
Item eiuſdem auctoris
DE LINGVARVM MIXTVRA
DISPVTATIO PARERGICA.
Nunc ab auctore recognita & locupletata, & primum in Germania in lucem edita.





HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCIV.



ALBERICI GENTILIS,
I.C. PROFESSORIS REGII
AD PRIMUM MACBÆORUM
DISPUTATIO,
AD

ILLUSTREM ET REVERENDISS.
D. TOBIAM MATTHÆUM
Episcopum Dunelmensem.

Occasio Disputationis.
CAP. I.

QUid mihi cum libro Macbçorum, dices, opinor, illustris, & reverendissime Tobia, quid mihi professori juris cum libro isto theologico? Etiam quæ mihi caussa est, cur eum velim tueri librum, qui dejectus de numero Canonicorum per viros eru-

ditissimos est, & probatissimos? Da veniam, atque tu me audi: cui me cupio probare maximè, quem ipse probo omnium maximè. Librum primũ Macbæorum non esse canonicum, ego etiã cẽseo cũ Theologis bonis, & cum bonis omnibus soleo cõfiteri. Quid enim ut canonicus liber sit, qui neq; Hebræis, neq; Patribus, hoc est, neque Iudaicæ, neque Christianæ ecclesiæ veteri, in canonicis exceptus fuit? [a] Hebræorum, & patrum auctoritate noster quoque Alciatus historiam Susannæ cõmenticiam adfirmare non veretur. Est scilicet & professori juris aliquando vel de libris ipsis dispiciendum, qui sacri nominãtur, nõ modò ex eis definiendæ sunt

Alc.9.par. 5.

quæ-

quęstiones. Ita considerandum
uit mihi de libro Tobiæ pro-
pternuptias, quæ ibi sine patris
ussu, contra quam statuit jus ci-
vile nostrum, contractæ viden-
tur & adprobatæ. Alibi de Judi-
thæ libro examinavi. nam doli
ejus mulieris in hostem laudan-
tur: quos non ex bellica esse ju-
stitia putes. Etiã & dę Macbæi-
co hoc vidi: in quo fœdus cum
Romanis, & infidelibus aliis
contrahunt fratres illi laudatis-
simi. & mihi id fuit expediendũ,
si recte initur cũ infidelibus fœ-
dus. Etiam & illud vidi, quod i-
sti fratres templa hostium ido-
lolatrica subverterunt. & quod
fortassis nec est in jure bellico
admittẽdum. Alia nos ad istos,
aliosq; examinandos libros tra-

here possunt: de quibus omnibus nunc non dico. In primò autem dum versor Macbæico, versoque quæ theologi contra librum observant, non me sanè valui cótinere, quin excuterem singula diligenter: & plurima cum deprehendissem infirmiora, quæ in tantam litem de vero verbo Dei proferrentur; hęc eadem adnotarē, & opposita disputatione diluerem. Theologica ne tantillum quidem attigi: memor præcepti, *Tractant fabrilia fabri.* Vt non in me habeat sęvire Hieronymus, aut quisquis alius, qui conqueritur; res religionis tractari ab hominib. promiscue, qui theologi tamen non sint. Ego hîc quędā exputo historica, alia id genus, cōmunia nobis

nobis,omnibusq;,qui ingenuas litteras profitentur. Et fortè hæc inutilis nostra fuerit industria. [b] Nã est opera hæc juris interpretibus frequentissima, & præcipua laborũ pars, cõtrariarum legum compositio: ut hîc ineunda nobis fuit compositio cõtrariarum narrationum, quæ de auctoribus aliis contra librũ istum Macbæorum afferuntur. Illud verò dici generaliter posse videtur, non decere opprimere profanis testimoniis hos libros, qui titulis amplissimis laudari à patribus consueverunt: non debere manu profana de eapossessione dejici, quam nacti tandem in ecclesia erant, & in qua paulo ante degebant. [c] Nam & ipsi theologi nostri, apocryphis

b Alc. 6. par. 14.

c Dan. contr. 7. lib. 1. c. 18. ad Bell.

his tribui oportere magis, quā libris aliis, confitentur. Atque de primo hoc Macbæico sic dabunt nostri tanto facilius, quā- to illum puriorem aliis [d] agnoscunt & vtilem prædicant, & cō- modissimum historiæ ecclesiasticæ, & non incommodè explicatum. Si de Canonicis libris, quorum fuit sacra semper, & est auctoritas sancta, disputaretur adversum apocryphos istos, conatus & fuisset irreprehēsibilis, & effectus fuisset multo certior cōsecutus. Ceterum non in his maneo generalibus: at singula diluo, quæ, vt dixi, nec theologica sunt, & sunt mihi visa infirmissima. Iudicaveris ipsa, si placet, TOBIA doctissime, & reverendissime. debentur certè ea tibi,

[d] In præf. & no. 1 & Pellic. præf. ad apocry & ad 1. Ma. & Drus. ep. ad Scalig.

ibi, & alia à me pluria, quæ ſuo
empore conſequentur. Debeo
ne tibi plurimum, atque pluri-
num, qui per favorẽ tuum fun-
lamenta hæc quantulęcunque
ruditionis ponere potui non
enitus incelebris, & illaudatæ.
Tua humanitas ſingularis, tua
er omne genus officiorum li-
eralitas, tua amicitia nobiliſſi-
na fovit peregrinum me & in
Anglia novum; protexit infir-
num; erexit, & animavit affli-
ctum exulem; fecit in ea ſtudia
itterarum incumbere, quas fer-
me abjeceram, & deploraram;
in huncme propemodum eve-
xit ſplendidiſſimi locum ante-
ceſſoris, quẽ licet potuiſſem de-
ſiderare, ſperare non potuiſſem.
Salve Matthæe illuſtris, ſalue:

& hæc à Gentili cape tuo,
ô & præsidium, & dulce decus meum.

Si dici possit, Alexandrum suis divisisse regnum.

CAP. II.

AIt Macbæicus, divisisse Alexādrū suis administris regnū, quū adhuc viveret. Id verò verum esse non videtur per historicos alios. Sed argumentum istud diluitur, si cum eruditissimo Francisco Iunio regnum pro satrapiis, & pro regni rectione exponimus. [a] Vt sic sanè Zosimus ait, Alexandro mortuo divisum regnum fuisse in satrapias.[b] Ut sic quoque rex pro primario judice, & præside alibi legitur in ipsis sacris libris, itidem & in istis apocryphis, & in aliis auctoribus: quod idem Junius atque Tremelius sæpius adnotárunt. Alexandrum verò ipsum sic divisisse satrapias suis, credemus dicēti Macbeico: si is certis aliorum auctorum testimoniis non confutetur. Namque est verisimile valde, Alexandrum id fecisse, quod alii facere omnes cōsue-

a Zos. lib. 1.

b Gen. 36. 3. Ezr. 1. 1. Mac. 3. 3. Mac. 6. Cor. Nep. Ann.

verunt

(v)erunt: qui filiis impuberibus, ac re(g)nis tutores, curatores, administros (r)elinquunt. Imò hoc factum ab Alexandro, significat nobis Cornelius Nepos: [c] qui scribit, visum Alexandrum commendasse regnum Perdiccæ, cui tradidisset anulum moriens, donec in suã tutelam pervenissent filii sui Alexandri. Et de ea anuli traditione etiã [d] alii tradunt. & hoc amplius, Perdiccam visum ita electum heredem, licet non voce nuncupatum. [e] Sanè enim anul⁹ sic datus (ut est sigillum pro re charissima) quasi heredis designatio, & hereditatis adsignatio habitus est. Sed hæc tamen adsignatio hereditatis & regnorum illud fuerit commendatum, de quo nunc dicimus. Et dictum hoc historici ex dicto alterius historici ita declaramus. Quandoquidem potuerit quoque Perdicca esse & rex in legitimam usque ætatẽ filiorũ Alexandri. [f] Ut sic scilicet fuit Lycurgus, filio regis defuncti nondum nato, nondum adulto. [g] & quemadmodum coronatus

c Cor. Ne. Demet.

d Iust. lib. 13.

e Val. lib. 7. 8. & Hor. de sen. c. 22. & 1. Mac. 6. & Ier. 22.

f Plut. Lycur. Iust. lib. 3.

g Nic. Greg. lib. 4.

etiam imperator traditur recentiori Græca historia Michael Palæologus, donec legitimus heres adolevisset. [h] Et quemadmodum, jure hęc fieri, interpretes juris docent. Aut si administratores interim principes illi fuerunt, dum Alexandri proles in suam tutelam venisset: ea tamen non veniente ad illam ætatem, iidem fuisse à principio usque heredes cēsentur. [i] ut sic administrator est, qui institutus heres est ad incertam diem. Atq; sic est solutio argumenti gemina. Et utrique tamen obstare videtur, quod non à vivo Alexandro ea partitio Satrapiarum facta videtur, verum eo mortuo à principibus suis: [k] *Alexādro mortuo, quum regna singulis familiaribus dispertirentur, & summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens anulum suum dederat Perdiccæ:* inquit Cornelius Nepos: [l] sive ille Æmilius Probus est Cornelii nepos. Prętereа quomodo verū est, ut Satrapias, hereditatemque diviserit Alexāder vivus, quæ uni Perdiccæ commēdavit?

h Hot. de ju. succ. re. Gal. 14.

i Decia. conf. 129.3. Cephal. consl. 67.

k Cor. Ne. Eum.

l Mag. 4. Misc. 15.

ıvit? At mihi hîc respondeo, posse :rumq;ue simul stare, & quod divise- t Alexander vivus provincias suis, 'quod provincias sui isti diviserint ıter se defuncto Alexandro. Etenim eredésq; dividunt aliquando ([m] me- ıini nunc filiorum Ludovici Pii) he- editatem inter se, quæ divisa ipsis defuncto fuerat. Et à diuisio- ibus ad divisiones sæpiuscule dis- editur. [n] Et horum ergo neutrum licetur falsum, quæ simul esse verissi- na valent. ut diceret Augustinus [o] & ıoster Baldus, quod quum quid po- :est esse verum, numquam id præsu- mitur esse falsum. Et ergo licet alii o- mnes historici traderent de partitio- ne post Alexandri mortem facta: quia & hæc, de qua tradit Macbæicus, fa- cta esse itidem potest, & verisimiliter videtur: Macbæicus mendacii non accusabitur. Divisisse autem Alexan- der sustinebitur, etsi uni imò com- mendaverit. [p] nam uni summam re- rum tradiderit. nec tamen in certis administrationibus alios non consti-

m Sig. ſ. de ita.

n Aug. 2. co. eu. 66.

o Bal. l. 12. de sta. ho.

p l. 77. § pater pluribus. de leg 2.

tuerit. ut sic à principibus illis est factum: & fieri passim inque publicis, inque privatis solet. [q] Non privativè, inquiunt nostri, sed cumulativè distribuuntur ducibus minoribus milites, qui summo dantur. Ostendatur historia, quæ neget de his administrationib. singularibus, de quibus ego expono Macbæicum: aut stetur Macbæico, qui hoc ait. [r] Etiam adfirmāti testi plus creditur, quam neganti: & absq; mora illi, qui ait, attēdimus, nō illi, qui silet. Quod si cū Latina versione vulgata, nec repugnāte textu Græco legeris non *divisit*, sed *dimisit*: ecce nobis alia respōsio est, & solutio argumenti nova. ut quod unū dimissum fuit Perdiccæ, id dimissum administris scribatur [s] figurâ in scripturis etiam frequenti, non modo aliis vsitata auctoribus. Sed ecce etiam solutio quarta: *Divisit regnum administris*, inquit: at de modo non explicat. Diviserit igitur, vocando eo in secundam spem, si proles sibi non extitisset. quod cogitasse antea, & voluisse

q Ceph. cons. 76.

r Gl. l. diem, de arb.

s Gen. 35. ubi Tre. & not. 9. Act. & Cic. 3. de orat.

iisse Alexandrum notavi de lapide
orthographia Aldi: in quo de his
dministris Alexander,[t] *Quos nobis si-* t Al.ott.septē-
e prole decedentibus relinquimus nostros trio.
eredes, & totius orbis. [u] Regem vide- u Iusti lib, 12.
cet terrarum omnium se ferebat A-
xander. Et quod itaque cogitatum
liquando fuit, id factum firmes cum
Macbæico probabiliter. [x] Siquidem x l.82. de cōd.
x voluntate viventis intelligitur vo- l.4. C. dena.
intas morientis. Nec me movent, lib Decia.
uæ insecutá sint aliter. Nam & cons,106.3.
ontra conventa propria iidem fece-
e principes. Nec me movet, quod
roles morienti erat Alexādro, quo-
iam quæ olim substitutio fuit in ca-
um, si Alexander sine liberis deces-
sset, [y] ut istum comprehendebat y l.centurio.
uoq;, si liberi illi mortui fuissent im- ubi no.Alex.
uberes: ita nec discessum videbi- l.1 de vulg.
ur ab isto post: & in istum sic verisi-
nilis est narratio scriptoris nostri [z]
ic quod volumus in alterutro, cer- z Apul. de syl
è in altero volumus. Adfero solu- ca.
ionem quintam. *Divisit regnum:* id
st, dividendum reliquit. [a] *nulloque* a Luc.lib.10.

herede relicto totius fati lacerãdas præbuit urbes: de Alexandro canit Lucanus. Liberorum ille suorum curam habuisse nullam traditur: at, digno inter eos principes regnum se relinquere significasse. Et hoc vt sine certo successore moreretur, Alexandri exemplo, habuisse Trajanum in animo, recitant [b] historiæ. Cum autem principes illi essent omnes dignissimi, *ut singulos reges putares*, ait Justinus: [c] & quales trecenti Fabii memorantur idonei, ut duces essent: jam omnibus dimisisse, & divisisse regnum Alexander censebitur, & lacerandum, ut dixit Lucanus, præbuisse. Quod & illi adfirmarent juris interpretes, qui si præmiũ primò aliquid præstanti defertur, & id præstent pariter plures, omnibus partiẽdũ propositum præmium, docent; ut ego retuli in disputatione alia de præmio coronę muralis. Sic dividendum reliquit, divisum sic esse regnum voluit, certè fecit Alexander.[d] Sic & in canonicis, *sepelierunt eum*, id est, sepeliendum reliquerunt,

b Spart. Adr.
c Ouid. fast. 2.
d 1. Reg. 9. & 2. Ch. 22. ubi Tr.

it, qui vulneratus quidem mortaliter, sed nondum mortuus, & qui etiamnum fugit. Addo sextam, & septimam solutionem: *Divisit regnum*: ut sic scilicet famosum fuit, & ut sic exponimus per figuram ellipsis, de qua dicemus postea. Aut etiam quia scriptoresque sacri sic utãtur testimoniis, quæ jam fuerant in gentibus divulgata, [e] ut Hieronymus censet. [f] Et de aliis scriptoribus alii, *Non omnia ad historiæ fidem commemorant: sed vulgatæ opinioni, à qua diffidere multò difficilimum est, serviunt.* Et neque longè hinc nostri temporis [g] criticus excusat Paterculum in eo, quod scribat, reductos ab Aristodemo Spartanos qui, aliorum omnium scriptorum attestatione, reducti à filiis Aristodemi fuerũt: & ait criticus, Spartæ creditum de Aristodemo ipso: atque Paterculũ secutum, & retulisse istam Spartanorũ opinionem. Ex opinione loqui etiam scripturas, notabo inferius. [h] Traditũ porrò ab auctoribus, & famosum de provinciarum distributione hac ab

e Hier. q. Ge. c. 46.
f Pauf. Corin.
g Lipf. 1 Pa-terc.
h Cur. lib. 9.

Alexandro facta, testatur Curtius: etsi quoque fuisse vanam & traditionem, & famam, asseueret. Quanquā nec id asseuerari fortassis debuit in facto adeo incerto hoc, & reliquis Alexandri. Sed (quod [i] alicubi ait Livius) famæ rerum standum fuerit, vbi certam derogat vetustas incerta fidem. Et hæc solutio octaua ab incerto. Ad sextam adde illa Ciceronis, [k] *Nos publicam prope opinionem secuti sumus, vt multa apud Græcos,* &c. [l] Eam secutus, an Macbæicum, an quid aliud est Nicephorus, qui hic idē scribit cum Macbæico?

i Liu. lib. 7.

k Cic. 6. Att. 1.

l Nic. Cal. 1. hist. 6.

Quomodo post mortem Alexandri tenuerint regnum principes.

CAP. III.

SEcundū argumētū est: falsum videri, quod Macbæicus narrat, dominatū tenuisse eos Alexandri familiares, quemq; in loco suo, & imposuisse sibi diademata post mortem illius. Nam hoc tum demum ausi multò post, quum regia omnis proles concidisset;

dixisset, non prius quàm obierit Eumenes: ait Nepos. Sed hoc quicquid est; post Alexādri mortem factum est tamen. Nec de quāto disputat scriptor: qui hæc obiter, & alio properans adnotauit. [a] Et id nobis notandum est: quod quæ compendio dicuntur; item quæ commentationis propria non sunt; ea non accurate traduntur. Sed & articuli isti, *Post*, *Tum*, *Mox*, *Modo*, & similes benignè, laxéque capi sæpe solent pro annis aliquot pòst, antéue, & quidem pluribus; quam hi sint; de quibus hîc est disceptatio. [b] Vt à multis est obseruatum: & à nobis in primo libro nostro de legitimis temporibus. In Caligula scripsit Suetonius, gessisse Germanicum consulatum *post quæsturam statim*: quem gessit septennio pòst. Et sic feret articulus. Nisi mauis; Suetonium hîc non ad tempus, sed ad gradus honorum respicere: vt Germanicus à quæstura ad consulatum transcenderit, aliis omissis honorū gradib⁹, ædilitate, pręturâ. [c] Ita Druso potestas facta ab Au-

[a] Aug. ep 78. Tre. Gen. 43. Apoc. 9. & Gale.

[b] Bal. l. 9 de off. procons. Alc. cons. 104. 5. Man. orat. pro C. ... l. & in Pi. Lips. Paterc. Torrent. Sue. Ne Casau. Gal. Seru. Geor. 1. Ang. l 3. de adquir. poss.

[c] Dio. lib 56.

gusto petendi consulatum non gesta prætura. [d] Ædilitate omissâ præturâ petere licebat. Apud Suetonium itaque articulus *statim* opponatur ei, quod dicit [e] Ser. Sulpitius *ordinatim:* & victor, Marium honoribus *per ordinem* functum. [f] Sic iubet lex. Ita neq; illa mutabis Valerii in fine noni, *postquam à Syllana violentia Cæsariana æquitas reduxit gubernacula Romani imperii:* Sed vel de ordine expones eorũ statuum, vel de tempore capies verbum laxè. Atque etiam verum est, Syllanã factionem optimatum viguisse in ea tempora Cæsaris. Id prosequor de tẽpore. [g] Inquit Moyses, *Per illud tempus*, atque decem amplius annorum spatium notat. [h] Et rursus, *Fuit in diebus illis*: & sentit de quadraginta annis. Quamquam hîc addit, *qui multi fuerunt:* Additum nihil est illic, [i] *Diebus autem illis*: & anni quinque, & viginti includuntur. [k] *Cras*, *Hodie* pro mox scriptum alibi est [l] Et alibi, *Postea accipiens Dauid caput Philistæi, detulit ipsum Hierosolymam*, &c. Et id non statim à victoria,

d Cic 2. de off. Man pro. Sext.
e Cic. 4. fa 5.
f l, 9. de mun.
g Genes 38.
h Exo. 2.
i Matth. 3.
k Io. 22. 23. Luc 13.
l 1 Sam 17.

ictoria, vt textus historiæ tamen significat, fecit Dauid, sed diu posteà. tiam diu posteà est alibi, quod scritur, [m] *Deinde ædificauit domum saltus ibani* &c. Et *posteà rex Salomon adamait mulieres,* &c. [n] Ait quoq; euāgelista, *it quum inde transiisset*: ceterum, quia non etiam exprimit, si continuo, intelligitur post dies. [o] Et alibi, *illo tempore*: vbi temporis series nō seruatur. Non semper exigenda isthæc ratio yllabarum. Laxe sic est accipiendus rticulus *quotidie* hoc libro, capite octauo. vt etiam illud in eodem propositoSuetonii, [p] *Primus instituit Cæsar, vt tam senatus, quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur.* [q] neque enim quotidie cogebatur senatus, aut cum populo agebatur. [r] Iuncta dicūtur, quæ modico distāt interuallo loci. [s] Et cōtinua, quę modico distātinteruallo tēporis. Quotidie dicitur fieri, quod frequēter fit: cōtinuū, quod aptū continuari. Sic ex nostris Stephanus Frideric' libro primo de interpretatione, [t] *In ipsa hora,* ait scriptura: quū est tā

m 1. Reg. 7. & 9.

n Aug. 2. co. eu 6. 35.

o Matth. 12.

p Suet Cæs. 20.

q Manut. Phil. 1.

r Plin lib. 31. c. 2. l. 99 de V. S

s Robor. Supp. Liu.

t Aug 2. de con. eu. 33.

parum interpoſitum, vt ſic dictum nec ſit abſurde. quod Auguſtinus. Ecce duas ſolutiones: compendio hæc ſcribi, non accurate quaſi à chronologo: laxè accipiendum articulum pòſt, non ſtrictè. Adde tertiam. [u] dominatum reapſe tenuiſſe illos principes ilico ab Alexãdri morte: nomine tantum abſtinuiſſe ad tempus regali. Et itaq; huc reſpexerit Macbæicus. Et huc articulus *pòſt* ducatur. Et diademata ſic ſibi impoſuerint illi duces: id eſt, regnum ſibi quiſque quæſierint, vt ita hoc Macbæico eſt poſtea, capite vndecimo. [x] Sic Syllæ, omnia potentis, regnum dicebatur negatiuum, qui ſe regem eſſe, verbo tantum negabat. [y] Sic dicitur Syllę regnũ [z] Et is, & alii ſimiles ſic Græciſq; dicti monarchæ memorantur. [a] An Cęſar non rex erat, tenebatque regnum, quamquam Cæſarem ſe, non regem eſſe reſpõderit? [b] Sic de faſciola Pompeii, qua ille aliquando crus obligatum gerebat, non modo mollitiem viri notaſſe Cinnam poëtam, ſed & dictum

u Iuſti. lib. 14.
x Appia. 1. ciuil.
y Cic. de har. re.
z Caſaub. Suet. 1.
a Suet. Cæſ. 76. ſeqq. Cic. 3. de off.
b Val. lib. 6. cap. 2.

ictum audim⁹, referre nihil, qua de-
num in parte, in capite, an in pedi-
us diadema ferretur. Scilicet sunt
uidā reges re, nō nomine: & quidam
omine, non re. [c] *reges Lacedæmonio-* c Cor. Ne. Agef.
um nomine magis, quam imperio. [d] & illis d Iso. de pa.
ninus licebat, quam priuatis. [e] Quod e Diod lib. 2.
x de regibus olim Ægyptiorum est
roditum. Quid si ad firmatos domi-
iatus, & adfirmata diademata intuit⁹
Macbæicus? Vtique non aduersabi-
ur legitima successio filiorū, & fratris
Alexandri media: quibus absque vlla
firmitate regnū fuit, & diadema. [f] Ita f Fune com. chr.
historicus aliquis, quod etsi principes
Arideum elegerint vnum regem, sibi
tamē ipsis regnū diuiserint. *Verbo im-
periū Arideo, re ipsi,* &c. apud Sulpic. Se-
uerū lib. 2. Stāt ista simul. Et ergo erit
quarta solutio, Macbæicū ꝑtermisisse
quę nihili erāt. In quo habet ille ma-
gistrū, & auctorē Danielē: qui hac ipsa
de successione ita, [g] *consurgent quatuor* g Dan. 8. vbi Tre. & 9.
pro illo: id est, reges Alexādro succedēt
quatuor simul, Seleucus, Cassander,
Antigonus, Ptolemæus. Et iterū, *frā-*

getur regnum eius, & diuidetur in quattuor, sed non posteritati eius. Non habet rationem neque Daniel liberorum, aut fratris Alexandri, aut aliorum principũ, qui qualitercumque qualiter regna tenuerunt, sed eorum tantum, qui tenuerunt potenter. [h] Sic Valerius Poplicola primus consul & cum Bruto dicitur auspicatus initium consulatus: quia Collatinus, Lucretius cum Bruto vix tenuerunt. Sic septem Romæ reges dicuntur communiter: octauus vix memoratur. Ouidio Fast. 6. Solino lib. 2. Sic Salamō vnigenitus, quia alius mox natus sine nomine, quasi nunquam fuisset, de vita decessit: vt est in c. 3. de V. S. Attamen Arideus frater Alexandri etiam annos sex regnauit in Macedonia.

h Cic. pro Fla. & Val. lib. 4. cap. 4.

Antiochum viuum ceperunt Romani.

CAP. IV.

Est argumentum tertium: neque esse verum, quod ait scriptor, Antiochum viuum captum à Romanis fuisse[a]. Et quidem alibi, atq; scriptori huic

a 1. Sam. 15. & 1. Reg. 20. & 2. Reg. 7. Ezech. 17. & 1. Mac. 14. Zosi. 1.

huic nostro viuus capi intelligitur de eo, qui manu tenetur, quomodo captus non est Antiochus. At verò nec hi tamen soli dicuntur capti, qui manu tenentur, sed & obsessi. [b] *Iam capto stamus in hoste*: Annibal ait de obsessis Saguntinis. *& capti sensere Quirites*: Romani in Capitolio obsessi, & *Capitolia capta*. apud Silium. [c] & apud Liuium, *populum Romanum captum à se, auroque redemtum*. Et rursus apud Silium *Aut hæc Sicania pepigisti captus in ora*: De Amilcare Annibalis patre in Sicilia apud Ericem obsesso. [d] Et ille apud Ouidium, *Quæ vos dementia, dixi, Concitat, ô socii, captam dimittere Troiam?* [c] ἀνδρῶν εἰλομένων: Et fortè ita etiam in sacris libris narratur de capta quadam ciuitate Hammonitarum à Ioabo, qui obsederat vrbem sic, vt facilè potuerit capere, sed non ceperit tamen. [f] Vt turbata castra dixit Virgilius, quę turbari facilè poterant. *Capiebat ipsam ciuitatem regiã*, inquit scriptura, *sed mittens ad regem, dixit, castra metare contra hãc ciuitatem, vt capias eam.* [g] Alii inter-

b Sil. lib. 1. 6. 13.
c Liu. lib. 10.
d Ouid. meta. 13.
e 2. Sam. 12.
f Virg. 9. Aeneid.
g Tr. Iun.

pretantur, ciuitatem regiam captã, vbi regia erat scilicet, in ea parte captã. Sed & de quauis parte ciuitatis regiæ capta sic dici potuit; vt frequēti figurâ pars pro toto nominatur. Et vt per partes capiūtur vrbes nō raro, eę pręsertim, quæ nonnihil distinctæ sunt: [h] vt quadruplices Syracusæ: [i] quæ & captæ per partes; & Carthago, & Babylonia. [k] Scribit Vatini⁹, captū à se opidū quater: quia quatuor turres, & quatuor muros ceperit. [l] Et Mitylenę sic dirutæ dicūtur alicubi, quæ nō nisi in parte dirutę. Ego tamen malim, vt dixi, de obsessa valde, & valide. Aut verbum *capiebat* imperfecti sic significet principium, & facultatem capiendi. [m] vt in illo Virgilii, *Galli per dumos aderant, arcemque tenebant*. Et forte sic dici ad locum istum Macbæici potest. Nam etsi secūdum aoristum adhibuit is auctor hîc: tamen quia [n] præteritorum omnes species sub vna apud Hebræos continentur, lapsus iste sit, & nunc non distinxerit præteritum ab imperfecto: at de consuetudine

h Auso. vr x.
i Liu. lib. 25 51. Ier. 51.
k Cic. 5 fam. 10.
l Freg. Cic. agr. 2.
m Virg. 8. Æne. Alc. 2. de V S Priscian. lib. 17. Terrull. 10. Hermog. Vict. 2. Polit. Seru. 8. 9. 12. Æneid.
n Trem. vlt. Mar.

Hebraica

Hebraica auctor Hebræus in Græca oratione aſperſerit aliquid, etiam ruſtice, barbare, & ſolœce. [o] vt libri ipſi ſacri his nec carere mendis cẽſentur. Quid ſi lapſum dico ſcriptoris facilẽ ab imperfecto hîc ad illum aoriſtum? [p] Aut non aoriſti etiam ſignificatione futuri, quemadmodum & præteriti, accipiuntur? [q] Figura hæc dicitur Attica: quum tẽpus pro tempore ponitur: & ſic aoriſtus pro pręſenti. In imperfecto id præterea notes, quemadmodum & negat factum. [r] vt ſic ad illud Virgilii eſt, *Augurium, citharamq; dabat*. nam nõ dedit. [s] Etiam illud notant, impleri ſic dici in ſacris libris id, quod cœptum eſt impleri, aut implẽdum iam eſt. [t] Sic ſane dicitur in libris ciuilibus. Et hæc velim â peritis linguarum conſiderari hîc, & conſtitui. Ego ad alia pergo, & ad alios auctores. Hos enim huc non adducimus ad fidei aut morum dogmata, ſed ad verborũ explanationem; [u] vt ita ait nõ ſemel in ſuo propoſito Auguſtinus: & Ciceronem, & Horatium adducit. &

o Bez. pro. Apocal.

p Iq. Ter. de mo. 9.

q Ser. 6. Æn.

r Ser. 12. Æn.

s Tr. 9 Lu. & no. Act. 2.

t l 5. de teſta.

u Aug. Ge. q. 31. & co. Adim.

vt ita, qui iudicio ſupra ceteros cenſetur,[x] Caluinus, quod creati miniſtri ab epiſcopo dicantur in teſtamento nouo, vt magiſtratus à conſule creati dicuntur in hiſtoriis aliis. Et ergo de hoſtibus loco coactis iniquo Claudianus,[y] *Solueret obſeſſos, praberet fœdera captis.* & Auſonius,[z] *Iam vallum, foſſamq; ſuper Troiana iuuentus Inſtiterat captæ minitans incendia claſſis.* Et eleganter, atque laxius Cicero, quum proficiſci ad Pompeium non facilè poſſet, Cæſaris extraclusus armis,[a] *Neque minus nos eſſe captos, quam qui Corfinium veniſſent. neque enim eos ſolos arbitramur capi, qui in armatorum manus incidiſſent: ſed eos nihilominus, qui regionibus excluſi, intra præſidia, atq; intra arma aliena veniſſent.* Et iterum de eadem re, *Dum rem conuenturam putamus, planè intercepti captique ſumus.*[b] Alibi dicit captum equeſtrem ordinem impeditum, & infirmum: alibi oppreſſam à Clodio, & captam remp. & captam vrbem. *Et cũ cepiſſet ille vrbem.* Et Plautus adhuc laxius de hoſtibus victis fugatis,[c] *Et legiones*

x Calu. 4. Inſt. 3.

y Claud. 1 Stilic.

z Auſ. Ilia. 15.

a Cic. 8. Att. 15. & lib. 9. ep. 4.

b Cic. pro Sext. & p. do.

c Plau. 1. Amp. 1.

giones Teleboarum vi pugnando cepimus. Deditam vrbẽ istorum mox narrat, vt non accipiã de ea deditione, quod nunc de captis legionibus audio. [d] Et qui deditione accipiunt, dicuntur capere. Quid, quod [e] nostri interpretes iuris aiunt, eum etiam captum, qui non manu captus sit, at ense percussus? Et illud quid reticebitur, quod captus dici consueuit, qui animi affectu, morbo corporis tenetur? *Captus est, habet:* [f] inquit Terentius. Corde captus: Plaut⁹. & id genus alia vulgaria. [g] Captiuas dixit Hieronymus Arabiam, Palæstinam, Ægyptũ, quæ timore tenebantur captiuitatis, depopulationis. [h] Latissimum est hoc verbum *capio*: & λαμβάνω, quo hîc vsus Macbæicus est. Atque de ea latitudine alius forte alias solutiones huc ducet. Ego prolixior non sum. Sed aio, suprascripta nõ aliena Antiocho: [i] qui præliis magnis, terrâ, mariq; superatus, & propè extra orbem terræ exactùs fuit; vt sic Daniel, sic loquitur Liuius. Et is etiam dixit, *inclusum teneri* Perseum: postquam superasset Ro-

d Liu. lib. 5.
e Alex. 2. cons. 24.
f Terent. 1. An. 1. Plau. 3. Trin. 2.
g Hiero. ep. 3.
h Vall. 6. eleg. 3.
i Danie. 9. Liu. lib. 38. 45.

mani ſaltus, & tranſgreſſi in Macedoniam eſſent. *Introiiſſe clauſtra Macedoniæ, hoc viciſſe fuit.* quod Florus. [k] Antiochus, conceſſa Lyſimachia vrbe, *non frena ſolum, ſed & iugum accepiſſe*, legitur apud eundem Liuium, & apud Plutarchum. Ecquid igitur à captura abfuit? [l] Qui fugere nequit, quin capiatur, pro capto itidem eſt noſtris. Et pepigiſſe pro voluiſſe paciſci: occiſum pro iuſſum occidi: & id genus alia, & apud hiſtoricos legi [m] alii notāt. Fractus viribus, fractus animo Antiochus, in anguſtias compulſus vltimas, pacem petit, & veniam: & conditionem nullam recuſat. Dici ſic captus potuit: [n] quia ſic dici deditus potuit. & neque eſt neceſſe, actu capere, & corpore. Factus ſub ſtipendium, tū potuit ſeruus dici. [o] vt hàs notas notat captiuitatis alicubi Tertullianus: & nos in tertio libro ſcripſimus de iure belli. Datis obſidibus, & in his filio, iā ipſe teneri videtur captiuus. [p] Sicut magni docent interpretes. [q] Sane etiam ſi cepiſſe is dicitur vrbem, qui e-

k Liu. lib 37. Plut dict. re. ac du.

l Ceph. conſ. 136.

m Caſaub. Suet. 1. 2.

n Liu lib. 34. & l. 1. 18. 51. de ad. po.

o Tertull. apolog.

p Bal. conſ. 358. 2. Dec 219.

q Hitt. de be. AL. & Ioſ. 1.

am

am ingreſſus eſt primus: & iſte dicetur captus, qui in tam multis captus eſt. [r] Etiam quæ de vno aliquo dicuntur, ea aliquando non de illo accipiuntur, ſed de ſuis illius. [s] Sed & Carthaginem à maiore Africano captam non aliter dicit Valerius Maximus, quam quomodo Antiochus hîc eſt captus: *vt ſuperior cognomen Africanum captâ, poſterior euersâ Corneliæ genti daret*: ait Maximus: *Captiuitate Africæ*. Florus itidem de ſecundo bello. Etiam poeta aliquis, *Deuicto Hannibale, capta Carthagine*, &c. quos verſus legi [t] alicubi relatos Manutio. Et captam ſic intelligunt, non intratam, nō obſeſſam: ſed victam, claſſe ſpoliatam, ſtipendiariam factam, ſummo vno verbo, quo illic vtitur [u] Cicero, opreſſam, pene captam. Nullum ſimile ſic eſt ſimile. [x] Sic & Dio dicere omnino videtur, quod potuiſſet Lucullus, ſi celeriter conficere bellum voluiſſet, Mitridatem capere, & Tigranem. [y] Sic Cicero de Dalmatis, quod breui caperētur à Varinio. Et ita

r Gen. 14. & 46
s Val. lib. 2. c. 10.
t Manut pro Arch.
u Cic. pro Mur & de har. resp.
x Dio. lib. 35.
y Cic. famil. 11.

pro latitudine, vt dixi, verbi *capere* latè reſponſum huic eſt argumēto. Occurrit ſimile in verbo *necare*.[z] quo vſus eſt Cicero pro vexato, afflicto, perdito. Et de quo occaſio erit dicere in libro ſequenti.[a] Simillimum de compoſito à noſtro apud Tertullianum, *ipſum Capitolium Senones occupauerunt*: quod eſt, oppreſſerunt, nō ceperunt, vt illic exponitur: & de Curtio adfirmatur expoſitio, etſi etiā placeat magis emendatio. Atque *ceperunt viuum* Romani Antiochum, id eſt valētem, fortunatum, magnum, & (vt alibi audimus in[b] ſcripturis) virentem fregerunt, fecerūt humilem. Et illo modo viuus pro valente[c] alibi eſt, vt elegantiſſimus Druſius in obſeruationibus habet, & Tremelius peritiſſimus aliquando notat. Sic *viuentes*, ſiue *videntes oculi* Petronio. *Pectus viuum* Arnobio in 3. aduerſ. Gētes. *Tempus* autem *viuens*, de præſenti apud Sophoclem. quod in Lectionibus notat Victorius. Neque abeſt hinc vulgi illud, [d] *Viuus, videnſque pereo*. De quo, & ſignificatu hoc

z Cic. pro Milo. vbi Manut.

a Ter. ap. 4. vbi Iu.

b Daniel. 4.

c Druſ. 1. obſ. 21. & lib 14. c 16. & 17. & Tr. 5. Mat.

d Cic pro Sext. & Man. pro Quin.

hoc toto etiã Giphanius clarissimus in Lucretio. Figurata hæc locutio est. [c] Et nulla est lingua figuratior, quã Hebræa est. Vtunturque Hebræi illis figuris quoque dum scribunt Græcè: quod in cõmentariis vnis Bezæ videre est passim in nouo testamento. Vide ad 4. Io. 50.

c B. Ar. Mon. idiot. Viret. 2. de min. 2.

Eumeni donarunt Romani Indiam, & Mediam.

CAP. V.

QVartum argumẽtum est. Falsum esse, Eumeni tributas de regnis Antiochi regionem Indicam, & Mediã à Romanis, quod narrat Macbæicus tamen. Neque enim aut Antiochus, aut Romani regiones illas vmquam habuerunt. [a] Et constat de Liuio satis, quid datũ Eumeni fuerit. Nihil vt dicã quod nec Eumeni, sed Attalo data memorant [b] alii. Est enim vtrunque verum, data vtrique, primũ Eumeni, mox fuisse Attalo. De rebus datis controuersia est. [c] Medos tamen in subditis Antiochi audimus: de quibus nunc capiamus licet Mediam, si-

a Liu. lib. 37.

b Cic. pro Sext. & Val. lib. 4. c vlt. & lib. 5. c. 2.

c Liu. lib. 35.

d Liu. lib. 26. Plut. Alex. Scander. 9. Arist. de ad. au. 110. e Lips. 4. mil. Rom. 5. Sabell. 3. 9. En 8. Virg. 4. Geo. Apol. 4. & Orph. Argon.

ue nobilem illam, siue aliam.[d] Est & alia Media in Thracia: est alia in Illyrio. [e] Etiam Indiam Scythiæ legimus: etiam Æthiopiæ: est & quarta nunc in Occidente. Et illam Scythiæ indicauit mihi (an nō rectè?) Iustus Lipsius: alteram Æthiopiæ Sabellicus de Herodoto, & Virgilio, *Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis*: is ait de Nilo. Et Ouid. 1. Artis, *Andromedam Perseus nigris portauit ab Indis.* Illi etiam nobiles Indi colorati, vt sic Apuleius primo Floridorum, *Indis sitis ad nascentem diem, tamen in corpore color noctis est.* Et Nilus etiam apud Indos poni nobiles potest: [f] si Phasis hoc quoque nomine secundum quosdam indigitatur. Ceterum loquitur Virgilius omnino de Æthiopia nobili. Nam & Æthiopia quædam ignobilis est. Et legis Æthiopias duas apud [e] Plinium. Vt sic sunt alia multa. [g] Aut Indiam dicimus omnem Æthiopiæ plagā, & ipsam Ægyptum? [h] Aut in India ipsa etiam ponimus Æthiopes & Æthiopiam? quæ & sic dicatur ab illo colore?

f Drus. Sirach. 24.

e Plin. 5. cap. 8.

g Ser. 2. Geor.

h Seru. 4. Æn.

popu-

populorum, quos solis vicinitas torret, vt explicant grammatici.[i] Etiã de eo colore alius poëta: *Bacche coloratos postquam deuicimus Indos*, &c. Omnino legendus idẽ Plinius lib. 12. c. 4. & lib. 16. c. 19. Et sic multa sũt in his geographicis, vt possit aliquis auctor sępe intelligere benè de vno, & interim intelligi malè de alio. Ad ignobiliorẽ Mediã, & ad ignobiliorẽ Indiã aduertẽdũ esset: si ostẽdi posset, Eumeni aliquid Syrię datũ, aut Thracię. Ac ignobiliores Britannicas gentes, quæ in Indiis nobiliorib. sunt, aduertẽdũ nouo cosmographo fuit scribẽti de eadẽ vna muliere vxore multorũ: nõ huc labẽ istã trahere cõuenit ad Britãnicas nostras. De Indicis legebã aliquando apud Cedrenum. [k] Tamen legimusque apud Cæsarem, Britannos nostros denos, duodenosque inter se habuisse vxores communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. At ad donata Eumeni. Dedisse Romanos ei omnia quę ademerunt Antiocho, exceptis ci-

i In Mecę. obl.

k Cæs. 5. Gall.

uitatibus Græcis. Id de Syriacis Appiani cognoſcimus. Antiocho autem omnem paruiſſe Aſiam, & proxima Europæ, atque adempta vſque ad mõtem Taurum omnia, regionem dierũ plus triginta in longitudinẽ, decẽ in latitudinẽ patentem, [l] Liuius habet. Is oſtendit, & Cherſonneſum, & Lyſimachiam, & alia Europæ Eumeni data. Cogito igitur de Media Thraciæ, & Indiâ Thraciæ, quæ & *Sindia* nuncupata. *Regio Scythiæ Sendica nominatur.* idem Plin. 4. c. 12. *Sed & Lycaoniæ celebratur Sinda in confinio Galatiæ, & Cappadociæ.* lib. 5. c. 27. nam ſecunda Media vltra Taurum, vbi Antiocho relictum regnare. Sic capio Mediam, ſic Sindiam. Nã cur diſputem, ſi Romani Indiam illam nobilem vmquã attigerint, aut nobilẽ Mediam? Certum eſt, quod non attigerant, quum hæc donatio facta Eumeni eſt. [m] Sed Pompeius de Media triumphauit. [n] Alciatus ſcribit, in Indiam vſque Romanos numquam arma protuliſſe. & itaq; ſubdititium opinatur diploma, quod

l Liu. lib. 38. 39.

m Plut. Pomp.

n Alc. c. de Agric.

quod vulgo circumfertur Bononiæ, imperatoris Theodosii, scholasticis cōcessum: quo imperator ipse Indiæ titulum sibi adscribit. [o] Sigonius tamen id non consideravit, qui scribit, beneficiis multis honestatā à Theodosio isto Bononiam. Quanquam de eo scholasticorum nihil exprimit. Et scribit postea, quemadmodum neq; Othone primo imperante vllę per Italiam istiusmodi scholæ publicæ extitissent. Nunc Oxoniū gaude: [p] quæ tanto es propior primo loco inter quattuor scholas celebres, quanto ostenditur tibi posterior Bononia docens. Atque hæc cum ita sint, nihil est vaticinium. [q] *Super & Garamantas, & Indos Proferet imperium.* nihil de Indis est [r] est forsitan de Garamantis. Nihil hîc legati faciunt, qui ad Augustum, ad Antoninum missi ex India[s] perhibentur. qui & sic missi sunt fortassis, vt qui ad papam Romanum sępe mittuntur ab extremis itidem orbibus: [t] id est nō mittuntur. Et tamen Bononiense diploma de cognomento In-

o Sigo. 3. & 7. de re. Ital.

p Clem. 1. de mag.

q Virg. Æn. 6.

r Tac. An. 4.

s Stra lib. 15. Eut. 7. & 10. Suet. Aug 21. Oros. lib 6. c. 21. Flo. 4.

t Comm. Pii 2. 15.

dici, contrà quam scribit Alciatus, asseri potest. [u] Imò enim Traianus ad Indum vsque flumen bello peruenit. Quid Traianum dico? Lentulus an blanditur, qui ait apud [x] Lucanum, duxisse Pompeium reges captos à littore Indo? [y] Eusebius vult submisisse Indos se Cōstantino. Et cognomina isthæc parta de victis gentibus transibant inque successores. Nec non satis fuit aut vicisse prælis ad ea comparāda Cæsaribus. Noster Iustinianus dicit se Frācicum passim: nec tamē subegit Franciam, vel domuit Francos. [z] qui populi Germanię Alemanię, mox Francię nuncupatę, & post Frāconię: & qui occupatæ Galliæ nomen Franciæ cōtribuerunt. [a] Indignabatur rex Francorum Theudibertus factum Iustiniani. Sed is gessit tamen illud cognomen. Et itaq; nec vincitur diploma Bononiense falsum, etsi legitur illic ineptū Theodosii cognomen Indici. [b] Ineptum Parthici & Macrino, cui datum à senatu tamen. Plura hęc. Et contra, vitata hæc, quum adsumi

u Sex. Vict. Sex. Ruf. P. Diac. lib. 10. Lips. 1. de ma. Ro. 3.

x Luc. lib. 8.

y Euse. 4. vi. Const. Varr. 8. de ling. Lat.

z Hier. vi. Hilario P. Diac. lib. 18.

a Agath. 1. Goth. Alc. 2. disp. 2.

b Dio. lib. 78.

rectè

rectè potuissent. [c] vt de Seuero narrant, qui noluit, & poterat, Parthicus appellari. Responderi etiã pro Macbæico potest, neminẽ adfirmaturum, Iudæos nominibus illas tum illas nõ appellasse prouincias, quas noster auctor Eumeni donatas nominat, quibus idem nominat. *Quæ omnia gentium, portúum, aut opidorum nomina apud neminem priorum inueniuntur. Quo apparet, mutari locorum status.* Plin. 6. cap. 24. *Medicos* (id mihi notes) pro Melicis dixisse vulgares, tradit [d] Columella. [e] Et itaque *Medicam* retinet apud Varronem, non reponit *Melicam* doctissimus Mercurialis. dũ scit tamen, de Melica Varronem sentire, & Medicam scribere. Sic consulté. [f] quicquid ingeniosus iuuenis litterarum D & L notam permutationẽ notet. Ecquis adfirmet, aut ita Macbæicum non appellasse eas aptius ad Iudæorum captum? Pro Eliis ad captum Romanorũ Alios aptasse Plautũ, intelligentiũ de Alia ([g] Sic vnica L)

c Herodia lib. 3. Oro. 7. c. 17. Spart. Sex. Ruf.

d Colum lib. 8 c. 2.

e Merc. 1. Lect. vlt.

f S. 3. V. 8.

g Seru. 8. Æn.

flumine nonnihil, de Elea vrbe Græca nihil, acute opinatus est Germanus[h] alter iuuenis politissimus. Aut id non mutatum verius ad sonum Doricum, aliumve, qui A haberet pro vocali altera?[i] Sed Alumentum, siue Lubedōtem pro Laomedonte etiam dicebant Romani, nondum Grecæ linguæ consueti; & Telamonem pro Atlante: & Melonem (nisi id à Græco Μέλας, quo & nomine Nilus indigitabatur) pro Nilo.[k] Et Lybes corrupto vocabulo Mauros pro Medis dixere. Et ipsi Lybes voce Romana Afri sunt nūcupati: & quæ Mauritania est, dicta Numidia est. Atq; hæc non pauca sunt. Ex linguarum varietate Latinis Hispania, Græcis Iberia: Corsica Latinis, Cyrnus Græcis.[l] Etiam vicini populi sic variant.[m] Etiam scriptores; vt sic Mela dicit Iuuernam, Claudianus & Apuleius Iernã, Lycophron Ἱέρνην, Orpheus & Aristoteles & Strabo Ἰέρνην, Ptolemæus Ἰουερνίαν, alii Βερνίαν, & Cæsar, ac Tacitus, aliique Latini passim Hiberniam. Nec sunt, vt Ste-

h I.G.q.Pla. Cap. 2.

i Fest. Alumēto. Polit. Misc. 39. Scal. de cā. l. L. 17. Drus. 9. Obs. 17. Seru. Æn. 4.

k Sallust Iugur. Herodia. lib. 7.

l Deut. 9. Num. 34.

m Brod. 6. misc 16. Buc. 1. Scot. Camd. Brit. Apul. de mun.

Stephan⁹ putat, diuersę insulæ. Plura (quod dico) sunt huius generis. Plurima apud Hebræos: quod rursus dicam. Etiam quoniam Iudæis non ita notæ erant transmarinæ regiones, vt eas distinguerent, iterdum transferunt vnius nomę ad alteram.[n] Quod & in libris canonicis Caluinus. Argumentum absoluo nunc responsione firmissima. [o] Voces illas in libris omnibus deprauatissimas emẽdo cum aliis: & sic rescribo, *regionem Myndicã*, à Myndo Cariæ vrbe, siue *Iliacam*, siue *Idicam*, siue *Ionicam*, *&* *Mysiam*. [p] Genus autem hoc emendationum neq; hi abnuunt, qui contẽdunt, eam vulgatam bibliorum versionem esse incontaminatam in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, vt sic ipsi loquuntur. [q] Vt nostros taceam, qui Hebraicum veteris, Græcum noui testamẽti textum incorruptum adhuc magis defendunt, sæpiuscule abeuntes ad emẽdationes, & manuscriptum vnum aliquod appellantes. Nihil multum refert, quomodo à recepta scriptura

n Cal. 24. Num.

o Iun. & Gall. vers.

p Bell. 2 de V D. 2. 7. 11.

q Tr. Iu. 2. Sam. 15. 1. chr. 9. 2. chr. 26. & 35. Iob 6 10. 18. Ps. 22. pt. 2. eccl 5. Ca. pe. Eze. 36. Da. 7.

discedatur. Quamquam narro postea de lapsu eiusmodi & in libris sacris. [s]Alibi sanè in geographicis corrupta multa nominibus barbaris, Græcis, Latinis notāt alii. illic quoq; irrepsisse Mediam vbi Armenia esse debet.[s] Nisi si dicimus ad id posterius, invicinis regionibus solēnem istā mutationem, vt vna nomine alterius notata sit. [t]Indiam pro Lydia venisse volunt in librum Senecæ tertium naturalium quæstionum. [u]Venisse in Latina Aristotelis politica alicubi, siue vitio codicis Græci, qui interpreti fuerit, siue aliter, nescio: sed hoc ego vidi, Indos pro Lydis scriptum. Et Indicam pro *Idæa* apud Plinium, notat Gelenius lib. 14. cap. 20. Contra pro *India* alibi irrepsit *Iudæa*. apud Victorem in Augusto. vbi Schottus notat. * Etiam Indum pro Nino apud eundem Plinium, suspicante Hermolao: attamen retinente Gelenio receptam scripturam, siue quia fluuius iste, vt multa, binominis fuerit, siue quia mutauerit nomen Nini in In-

r Glar. Cur. 6.10.

s Dionys. 1. antiq. & Mur. Hor. 1. ad 27. Seru. 8. Æn.

t Fincia. Sen.

u Arist. 4. polit. 4 ver Aret. Lug. pa.

* l. 5. c. 28.

Indum. Et locus ille notandus est. Nam ille vtique tractus Eumeni contributus fuit. Et à fluminibus sic sunt terrarumque nomina. *Medos* vero pro *Mæsis* scriptum apud Iuuenalem, & rescribendum, *Mæsos*, tradit Lipsius 4. Epistol. quia (id quod dicitur hîc) Medi fuerint expertes seruitutis Romanę. Nunc de Iliaca, siue Idica regione non controuertetur, quin data Eumeni non fuerit. vtraque enim ei data Phrygia: vbi Ilium, & Ida. Et à quibus Iliacam, siue Idicam hîc regionem audimus. [x] Sic auctores alii Ideam terram, Iliacam regionem dicere solent. Et de regione hîc dictum videri potest, cum [y] vrbs ipsa Ilium libera manserit, & ornata. Non de Ionia, aut de Mysia est quæstio, aut de Caria.

x Apoll. Arg. 1. Herod. lib. 5. Virg. 9. 11. Prop 4. 1.

y Liu. lib. 38.

Quot in senatum Romanum conuenirent.

CAP. VI.

QVinctum sequitur argumētum, quod cōciliū senat⁹ Romani nō

fuit, quum Macbæica illa gesta esse narrantur, supra trecétorum, vt prę-terea de viginti tradit Macbæic⁹ scriptor: imò de istis viginti nec vnquã, nec vsquam aut lectum, aut relatum est. Cui argumento quid si respondeo, rotundum ab aliis numerum solenni notatum more, à Macbæico autem planè verum? [a] Centumviri dicuntur ab omnibus, qui erant quinq; tamen supra centum.[b] Quadraginta annos pro triginta sex posuit Cicero. cui hoc vsitatum, vt omissa subtiliore annorum computatione. summatim tempus comprehéderet. Plutarchus autem trecentos ordinis senatorii iudices ait, quum essent trecenti sexaginta. Tertullianus sexcentos dicit annos alicubi in apologetico, qui quingenti viginti duo, vt ibi notat Iunius. Et id genus alia plura sic defendũtur. Et pulchre etiam Scipioni fratri in Parergis. Etiam videtur numerus senatorum fuisse maior trecentorum, si ducenti erant viuo Romulo: & his addidit alios Tullus: & Priscus ad-didit

a Fest.

b Asc. Pis. & Man. 6. sa. 18.

didit adhuc centum. Vt liquido Manutius ostendit in libro De senatu. Quamquam velit idem retinere numerum trecentorum etiam aduersus liquidam hanc veritatem: vt dicatq;, *non liquet*. Sed fuerint trecenti. Quid si censores tum legissent, [c] quod alias fecerunt, vltra numerũ constitutum? At argumento occurrerat olim Manutius in libro De senatu Romano. vt qui viginti supra trecentos hîc nominantur, non fuerint quidem senatores, sed quibus iure magistratus, quem gerebant, ingredi curiam, & cum reliquo senatu de publica re cõsulere liceret. [d] Et multos, nondum in senatũ lectos, magistratum gerere solitos, scimus, & idem Manutius alibi etiam scribit. Et itaque non pugnant, quæ varie numerata esse possunt: adeoq; non conueniunt. [e] Et in hoc exempla sunt plurima librorum sacrorũ: quæ notarunt nostri, & nos postea referemus. De ea autem facultate, quæ aliis extra senatores erat ingrediendi curiam, & consulendi de republica, mi-

c Dio lib. 37.

d Manut. pro Clue.

e Tr Ge. 2. 3. Sam. vlt. 1. Reg. 5. 1 Chr. 20. Ezr. 2. Neh. 11.

hi certissimum est:[f] quicquid dicere diuersum aliquando videtur Dio,[g] nec solus Manutius monuit.[h] Illinc & formula vocādi senatum solennis, QVI SENATORES QVIBVS QVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICERET, &c.[i] Sequentibus temporibus etiā qui honoribus imaginariis functi erant, hoc potuere. Etiam qui à patritiis vsque ad omnes viros illustres descendebant. id est,[k] qui patritii illi erant in imperio Constantinopolitano: & post eos patritios reliqui deinceps, qui illustrium titulo decorabantur. isti enim erant in senatu omnes, amplius & senatores dicebātur. Sic locutus est Tribonianus;[l] cuius à manu esse postremam partē legis vltimę tituli Digestorum de senatoribus, ex qua hoc est de patriciis, & sequentibus, recentiores interpretes putant. Mihi mundior videtur oratio tamen, quam vt Triboniano tribuatur.[m] Et illud veteris locutionis, & Græcæ constructionis, *accipiendum est, eos*, etiam Latinis iurisconsultis vsur-

f Dio lib 79.
g Cic post re. in sena. Sigo. 2. ci. Rom. 2.
h Bud. l. vlt. de senat. Briss. 2. form.
i Duar. de sena. c. 5.
k Zol. lib 2. Proc. 2. Vand.
l Cuia. no. 62. Panc. no. Ro. imp. c. 2.
m Luc. lib 1. l. 12. de capt l 1. de sica. Buc. l. 65. pro soc. Manu. 5. ac. 2. Ver.

vſurpatum, & aliis Latinis auctoribus quæſitum eſt. [n] Grammatici ad illud Virgilii, *Pacem Troiano ab rege petendum*, ſic ſcribunt, quod ſi dicis, *petenda pax*, non vteris gerundio, ſed participio. Patritios autem nec his modò Græcis temporibus leges, ſed & ſuperiorib⁹ inde ab Auguſto. quod exponit clariſſimus Italię meæ iuriſconſultus Vidus Panciroliús. At de tēpore nūc agimus multo antiquiori. [o] Macbęi fuerunt tempore Numantino. Dixi igitur, vigintiſupernotatos in Macbæico eos fuiſſe, qui iure magiſtratus, etſi ſenatores nō eſſent, ingredi ſenatum, & ſententiam illic dicere poterant. Neque enim inquit ſcriptor, ſenatores fuiſſe omnes, *ſed ſenatum feciſſe ſibi, & quotidie concilium eſſe trecentorum, & viginti.* [p] Habes autē ad hos viginti conficiendos cōſules duos, prætores duos, ædiles curules duos, ędiles plebis duos, quęſtores duos, tribunos plebis decem: qui planū cōficiunt numerū viginti. Et nec plures habes, qui dicere ſentētiā potuerint,

n Ser. 10. Æn. Giphan. Lucr. Gerundiis.

o P. Diac. lib.

p l. 2. de orig. iu. & Diony. 6. Antiq.

q Man. de sen. Lips. de mag. c. 2. & 15.

& hi dicere omnes poterant. [q] Nam censores non erant magistratus ordinarius: sed quarto quoquo anno creabantur legendo senatui, censendis equitibus, locandis publicis, aliis rebus agendis: quibus confectis abire magistratu solebant. Sic dictator, præfectus vrbi maximè extraordinarii erant magistratus. [r] Porrò autem tribunis plebis licitũ fuisse more maiorum, senatum vocare, & consulere, id extra aleã est. [s] esse ad senatũ sẽper & decretis senatus intercedere vel cõcedere eosdẽ potuisse, & id quoq; certum. De ædilibus plebis, qui tamẽ ministri tribunorum erant, quod & sederent in senatu, etiam supra quæstores, idem Manutius docet. Nec dubitandum videtur, quin & ius dicendæ sententiæ habuerint, si & quæstores ([t] quod volunt) habuere. Aut si nec istos ædiles huc admittis, tum induces prætores duplicatos de auctoribus [u] aliis, & fortassis plures. Potes aut quæstores notare duplicatos, auctore Tacito in vndecimo annal. De reli-

r Cic 11. fa 6. Gell lib. 14. c. 7. & vlt.

s App. 2. ciu. Val. 2. c 2. Ma. de sen Lips. de mag 15.

t Cuia D. & C. de off quæ. Manut. de senat.

u Liu lib. 40. Man. & Aug. de le Bæ. & Ma pro. Quin. Lips. de ma. c. 20.

reliquis autem, maioribusque magistratibus hoc fuerit indubitatum. Et ita satisfactum argumento est. Ceterum & duo sunt, quæ mouere quæstionem possunt: primum, si maiores illæ dignitates conferri in alios consueuissent, quam in senatores: alterũ, quod non hi solum, qui in magistratu erant; sed & qui functi erant magistratibus, conuenire in senatum, & sententiam ibi promere poterant. Et itaque rarò tum augere numerum illum ad viginti supra trecẽtos illi magistratus potuerint. nunc contra numerus in maiorem excresceret modum, si partem in numero faciunt isti etiam, qui defuncti magistratibus erant. At non hæc mouent tamen. Non, de quo dicere plura haberem, primum: quoniam non de eo, quod ex facto contingere aut potuerit, aut cõsueuerit, sed de eo, quod potuit per ius esse, & per mores ciuitatis, quæritur.[x] & illi etiam maiores magistratus esse potuerunt, qui senatores non essent. Potes, si maiores eximis omnes,

[x] Liu lib. 23. Val. 2. c. 2. Sigo. 2. ci. R. 2. Lips. de ma. 14. Manu. 5. Cati. & pro Quinct.

y Ma. 4 ac. Ver. 2. quod nescio si dixit Manutius [y] alibi, quæstores inducere vsque octo: quot ad Syllam fuerunt. Non obstat alterum. Et quia solenne, vt à magistratibus inducerentur in senatum, & quia honoribus defuncti pedibus tãtum sine voce ibant in aliorum sententiam: [z] vnde illud de senatoribus his pedariis, *Caput sine lingua pedaria sententia est.* His addo, quòd si benè nõ indicauero illos, qui facerent numerum viginti: hoc tamen fuerit firmissimum, extitisse alios præter senatores in senatu, qui ibi sentẽtiã dixerint: & hos aut plures, aut pauciores fuisse viginti, non ostendi: itaque notari falsitatis Macbæicum non oportere, qui de viginti scribit. Puto tamen, me hos indicasse benè: [a] quoniam illi magistratus dicuntur omnes, quos ego nominaui, non alii. Quicquid de tribunis plebis, quod non essent propriè magistratus, [b] sit lata disputatio apud Plutarchũ: quam tamẽ nec ille sequitur. [c] Et in eo, quod purpuram his demit à Manutio arguitur. Fortè nec

z Gell. lib. 3. cap 18.

a Tac. ann 12. Lipf. de ma. cap. 2.

b Plut. pro R. 81.

c Ma pro Cluent.

tè nec illud eſt prætereundum, quod expreſſum de ſolis trecentis eſt in Italica interpretatione. & margini ſic adnotatum eſt, ſenatum fuiſſe tum trecentorum, vt illic dicebatur. An hinc fuerit coniecturâ, interpretem illum probatiſſimum in exemplaria incidiſſe, vbi de ſolis trecentis ſcriptũ eſſet?[d] Vtique obrepit facilè error in numeris.[e] Et in ſacris quoq; libris irrepſiſſe aliquando volunt. Et in vno aliquo quid eſſe, quod in aliis exẽplaribus non ſit, vt id anteà quoque monui.

d Conn. 1. cō. iu. ci. 12. Lipſ. 2. de mi. R. 3. Druſ. 3. q. 46.
e Hierony. q. Gen. Danæ. q. Mar. 64.

De officio conſulis.

CAP. VII.

SExtum eſt argumentum, quod nõ vnus regebat Romanos, ſed duo erant conſules. & Macbæicus tamen ſcribit Romanos paruiſſe vni. Cui argumento ſic eſt reſponſum. partitum extitiſſe conſulum imperium in alternos dies: itaque paruiſſe vni Romanos ſemper.[a] Et de alternis diebus ſic quoque Ioannes Bodinus ex Feſto ſcribit: etiam & Iuſtus Lipſius

a Bod. 3. de rep. 6. Lip. 5. de mi. R. 10.

censet. Atque non quasi nouam rem sic petit Minutius à Fabio apud Plutarchum: non quasi nouam rem faciunt apud Cannas consules Æmilius, & Varro. Et putem sic fuisse in militia. Alias opinio ista placere nequit. Imò enim verum est de alternis mensibus. quod idem noster Italus interpres facit hîc. [b] Et sic de alternis mensibus significant auctores expresse, & expresse dicunt. Et ita illud verum, fuisse vnum semper, qui imperabat. Non ambo simul imperabant, vt nec dici potuerit, duobus per singulos annos paritum. Nec enim de solennibus tantum ista dicuntur: [c] vt quod apud alterum essent fasces, secures ve, item ara, & si quid aliud tale: sed & de potestate. ait, ecce, Dionysius, *Erat autem penes Quinctium eius mensis imperium. quamobrem necesse erat collegam nihil inuito illo facere.* De potestate porrò consulum latissima ita Polybius, [d] *Cuncti, quaqua versum extenditur imperium Romanum, consulum potestati subiiciuntur.* Et itaque etiam Cicero, [e] *consulibus*

b Suet. Cæs. 20. Dionys. lib. 5. & 9.

c Lib 2 1. Scalig. Tib. Lips. de ma. cap. 9.

d Polyb. lib. 6.

e Cic. 8 Att. 13. & Philip. 4.

ſulibus more maiorum conceſſum eſt, vel omnes adire prouincias: & alibi, *omnes enim ſub conſulis iure, & imperio debent eſſe prouinciæ*. Quædam non niſi vtroq; auctore conſule fieri poterant: vt in ſenatum coire.[f] adeoque Bibulo collega latente egiſſe cum plebe Cæſarē ſola, recitat Appianus. Et Manutius tamen, eodem libro de ſenatu, coitionem illam vtroque auctore cõſule ſic intelligit, vt non communem vtriuſque poteſtatem ſignificet, ſed cõſentientes animos vtriuſq;: quia alterutrius, vt dixi, poteſtas fuit. Et id non conuenit cum Appiano[g] & videtur verius.[h] itaque fuerit fortè alia cauſa, cur cum plebe egerit Cæſar latente collega. Sed noſtram defenſionem adfirmat latius.[i] Atq; hinc aliqui interpretes noſtri, diuerſam quidem ab aliis, at ſic rationem dicunt,[k] cur manumittere cõſul apud collegam poſſit, prætor apud collegam non poſſit. quoniã ſcilicet prætor quilibet ſemper parem ceteris tenet poteſtatem. non ita conſul: qui, imperii menſe nõ

f App. 2. ciuil.

g Caſaub. Suet. 1.

h Dio lib. 38.

i Conn 2. cõ.

k D. de off. co. & l. 18. de ma. vi.

suo, assidebat collegæ quasi vnus ex senatoribus.[l] Etsi vt prætor nullũ imperium habet in prętorem, ita nec vllum habet consul in consulem. Et sic est fortè, vt consulis vnius nomen habeāt litteræ, quæ[m] hoc libro postea sunt: quia eius tum imperium esset. Cur enim non haberent vtriusque nomen, etsi etiam absuisset à scribendo alter? Sanè imperatorum nomina pręscribuntur omnibus constitutionibus, licèt ipsorũ aliqui absuerint tum multo longius. nec solum quum imperarent simul. [n] vt fecerè primi, qui Diui fratres nominantur, Marcus & Verus, sed & quum diuidere, quod fecere primi Probus, & Florianus, ceperunt imperium: certè diuisis sedibus præfuerunt. Archadii, & Honorii (exẽpli gratia) legimus nomina constitutionibus præposita: cũ ille Constantinopoli, hic sederet Rauennæ: omnis autem constitutio alterubi ederetur. Vnius subscriptum nomẽ consulis aliquando esse, [o] ratio dicitur, quia alterius erat damnatum

l l.13. ad Treb.

m 1. Macc. 15.

n Panc. ti. no. R. imp. Bell. 1 de rra. im. 4.

o Cont. ind. con. C. ad le. Iu. ma.

p Ma-

[p] Macrinus ſiniſtro omine non vnà cum ſuo præſcripſiſſe filii nomen alicubi, notatur, qui Cæſar ſecū, & Auguſtus. [q] Notus & iocus, quum Cæſar pulſo collega de publico adminiſtraret ſolus omnia, ſic non ſignatas teſtationes nomine vtriuſque conſulis, Cæſaris, & Bibuli, ſed vnius Iulii, & Cæſaris. Quæ mitto tamen. Et illud dico, quod etſi nec vnius ea fuiſſet poteſtas conſulis, at vnita tamen duorū fuiſſet; dici adhuc vnius imperium optimè poſſet. Nam & ſocii funguntur vnâ eademque perſonâ: [r] vt hîc ait Baldus. [s] & monarchia nuncupatur, etiamſi duo, tréſve regnent. [t] Vnius hominis vicem ſuſtinent, qui vnum magiſtratum adminiſtrant, ait lex. [u] Non eſt hîc numerus, qui ſtatus diſtinguat. [x] *Monarchia eſt, quæ à duobus tam vnicis cōtinetur*: inquit de Deo quidem patre, & filio Tertullianus: ſed quod nec malè de duobus conſulibus, itidem vnicis, ſiue cōſentientium animorum dicere poſſis. [y] *Duo cōſentientes inſtar vnius ſunt.* Et plura id

p Dio. lib 78.
q Dio. lib. 38. Suet. Cæſ c. 20.
r Bal D de off. co.
s Dio. lib. 53.
t l. 25. ad municip.
u Ariſt 4. Polit.
x Tert. ad Prax. 10.
y Matth. 6. not.

genus alia. Alioqui nihil comparabile est Deo: qui in trinitateque sua est etiam *vnissimus*.vt hoc ita vti verbo vult Bernardus [z] alicubi. [a] *Tanta vnitas est*, de geminis simillimis, Plin. 7. c. 12. Et illud notandum est multum, quòd status rei Romanæ simillimus Laconicę, &imò idem affirmatur. atque illic pro duobus Romanis consulibus duo erant reges. [b] & tamen statum illum vnius vocat Aristoteles in politicis sermonibus. Quamobrem neque Maçbæicus inepte de consulibus dixerit veluti de vnius gubernatione. Forte nec absurde & prophetarum sermonem huc afferemus: [c] in quo audis vnũ de consulibus his: & aliàs indiuidui nomen itidem pro statu plurium coniunctorum in eãdem administrationem. Monarchiam dici de Romana, Caluinus scribit ad secundum Danielis, vbi in populo pauci dominarentur. Sed prima responsio est longè optima. [d] Sic ne duplicatus terror videretur, & pro vno duo esse viderentur reges, prospectum fuit, vt

z Ber. 5. de cõsid.
a Polyb. lib. 6.
b Arist. 2. Polit.
c Iun. 17. Apoc. 11.
d Liu. lib. 2.

it, vt vnus tantum consul illam regis vnius & rẽ & speciem exhiberet. Sic solus vnus imperabat: numquam vterque. Et sic auctor noster, vt dixi, scribit, Romanos paruisse vni. [e] Accedat huc Lipsius: qui legionem totam vni paruisse tribuno, sic dictum, docet, quia vnus semper imperabat per menses, numquam plures simul, qui erant legionis. [f] Alioqui imperium vnius intelligi de regio & alibi, & Romæ, scimus. [g] Sed & consulis tamen imperium summum, & planè regia potestas erat. Nihil disceptatio quædam Bodini mouet, volentis, & sub regibus fuisse democraticum statum rei Romanæ. Nam & disputatio inepta est: vt ostendo in tertio libro de iure belli. & verum semper erit, paruisse vni tamen, qui aut ab ipso populo preficeretur in se, magistratui.

e Lips. 5. mil. R. 5. 10. 11.

f Cic. de har. resp.

g Hor. Ver. 3.

De Alexandro, qui filius dicitur Antiochi.

Cap. VIII.

Septimum verò argumentum contra nostrum Macbæicum inde su-

mitur, quod Alexander illustris non, vt à Macbæico nominatur, Antiochi filius fuit, sed habitus falso. [a] Vt Liuius eum hominē ignotum, & incertæ stirpis appellat. [b] Suppositititiū Antiocho filium ait Athenæus. Vt hæc ego duo testimonia mihi inueni pro isto argumento fulciendo. [c] Ceterum & Iosephus, qui libros istos non semper sequitur, illum nominat Antiochi filium. [d] Atque sic sunt res illæ Syriacæ obscuræ, vt de ipsis non facilè quiduis possis aut adfirmare, aut refutare: quod viri exercitatissimi obseruarunt. Atque sic primùm respondeo. Secunda autem responsio est, quod obiter hęc notat scriptor de genealogiis alienigenarum. & itaque potuit sic scribere incuriose. [e] Sic enim & Scriptura sacra alibi & nos antea monuimus ad argumentum secundum. [f] In recēsendis nominibus, & generationibus breuitas quæsita, alia caussa facit, plura omitti. [g] Etiam illud obseruatur, Moysem etiam nepotes in filiorum numero recensere per

a Liu. lib 12.
b Ath. lib. 6.
c Ios. 13. antiq.
d Lips. 1. Parerg.
e Tr. Gen. 5.
f Ch. 4. Ezr. 7. Matt. 1.
g Tr. 1. Ch. 8.

per congeriem. Sed eſt & reſponſio tertia, vt ita locutus ſit ſcriptor iſte ([h] quod & alii faciunt) ex opinione. [i] Fuerit iſte ſortis extremæ, & ſubornatus ab hoſtibus Demetrii, & itaque mentitus Antiochi originem: tamen ei non vires regiæ tantum, verum etjam generis nobilitas *conſenſu omnium* tribuebatur. [k] Sic & ſcripturæ ſanctæ aliquando. Et ſic deos dicunt, qui putabantur, & vocabantur dii. [l] Sic Lucas ait de Chriſto, *parentes eius*: & ibi nota noſtrorum hæc, *Ioſeph, & Maria. loquitur autem ex vulgi opinione.* [m] Eliam ſe negat Ioannes ex Iudæorum ſenſu: nam Dominus dixit, illum imò Eliam fuiſſe. Quid? At eſt alibi tamen hæc veritas de Chriſti parentibus, & perſona Ioannis explanata: de Alexandri patre habemus nullibi. Nullibi? Ecquid igitur Antiochum negamus patrem, quem patrẽ dicit Macbæicus? Quid nos iſthic non reſpondemus, Reliqua iſti⁹ Alexãdri ſcripta

h 1. 1. de capt. vbi gl.
i Iuſti. 35.
k Tre Exo. 20. Hier. Ier. 10.
l Luc. 2. vbi not.
m Io. 1. vbi not.

n Esth. vlt. esse in aliis libris? [n] Etiam ad libros Chronicorum gentium ablegat nos scriptura sacra, non semper ad Iudæ, & Israelis. Explanātur quæ ad ecclesiam instruendam necessaria, aut aliter opportuna videntur. Quid istud est, an verus, an mentitus Antiochi filius fuerit Alexander? [o] Alibi secutum euangelistam receptum loquēdi morem, & errore traditum vulgi, obseruatum est. Sic apud alios quoq; historicos, Perseum Philippi filium nominant vulgo: [p] qui subditítius alibi audit. [q] Heliogabalum dicunt filiū Caracallæ: [r] de quo alii per opinionē sic exprimunt: ad quam priores vtiq; respexerint, etsi simpliciter dicant filium. [s] Aristonicum filiū dicit Eumenis non Mithridates modò apud Sallustium, sed ipsi quoque historici dicunt. [t] & Attali fratrem alii: [u] quem alii tamen filium quidem Eumenis, at ex pellice. [x] & alii mentitum regiæ stirpis originem. Quid dico Herculem? qui Amphitryoniades, Alcides audit passim, creditus huius nepos, illius

o Act. 16. vbi not.
p Plut. Arat.
q Vict. Spart.
r Herodia. lib.
s. Lampr. Diad. & Capitol.
s Sallust. 4. histor. Liu. 59. Eutr. 4.
t Oros. lib 5 c. 10.
u Iusti. lib 36.
x Paterc. lib. 2

lius filius, & cognitus simul filius Iouis, [y] *falsiparens Amphitryoniades*. Et ita ergo, quod aliqui simpliciter nominent aliquem alicuius filium, de quo alii exprimant dubitanter, & alii negent audenter; nō propterea fides aliorum vacillat, qui nominare modo aliquo sic filium illum valuerunt. [z] *Si aliquid secundum aliud tantum est, secundum aliud non est tantum: quia non omnino tantum est, non ideo falsus est modus, in quo tantum est:* Augustinus: [a] *Nec in totum falsum videri, quod veritatis primordio adiuuaretur:* Papinianus. Afferam, * quæ docent interpretes ad eximēdum testimonia à crimine, & suspicione falsi? Aptissima quidem hîc sunt: sed nescio quomodo nō placet afferre. Et sic igitur Macbæicus dicere Alexandrum Antiochi filium potuit, quoniam habitus aliquo modo filius fuit. Et hoc verum est: etsi detur, in obscuritate rerum Syrię esse imò clarum, verè filium Antiochi eū non fuisse. Quæ solutio tertia, & de qua supersunt plura. Sed nunc ista sa-

y Catul. car. 69.

z Aug. ep. 49. q. 4.

a l. 76. de leg. 2.

* Rom. cons. 263. Dec. cons. 100. 101. 163.

tis. Quarta porro est responsio, quod per [b] frequẽtissimam Græcis, & sacris quoque scripturis figuram ellipsis id hîc intelligere possumus, quod deesse ad veritatem videtur: quasi sic scripserit iste, *Alexander, vt ferebatur, filius Antiochi.* [c] Ait Triphoninus I. C. *in bello postliminium est: in pace autem his, de quibus nihil in pactis erat comprehensum*, atq; per eam figuram subiungitur, *non est postliminium.* [d] Sed sacra scriptura inquit, *filios Micalæ, filiæ Saulis, quos pepererat Hadrieli*, &c. Et illi non erant tamen filii Micalæ: quæ nec peperit vnquam: nec Hadrielis fuit vxor, sed Dauidis, & medio aliquo tempore Paltis cuiusdam, siue Paltielis. [e] Itaque interpretes magni putant, ellipsim esse nominis cognationem significantis: & sic intelligi, *filios sororis Micalæ, filiæ Saulis*, &c. Quæ soror Meraba nominata: & vxor Hadrieli fuit. An non violentior ellipsis isthic est? Isthic assertio generis est. In scriptore nostro non adeo violens est: vbi hominis sola demonstratio

b Tr. Gen. 46. Iun. Mat. 1. B. Ar. Mon. idio.

c l. 12 de capt. Cuia. 24. obs. 7.

d 2 Sam. 21.

e Tre Iun.

ſtratio eſt. Vbi non magna res eſt,[f] vt ita nec vitiat falſa, & in hominum vocabulis valde libera eſt. Dixiſſem ego, procliui lapſu erratum in nomine, & de *Merabæ* factum *Miçalæ*: ſi litteras iſtas noſſem Hebraicas: & niſi magis putarem, oſtendi hîc de re inſigni, quæ regis Dauidis vxorem adeo tangeret. Etiam retento nomine *Micalæ* mutarem mox *Hadrieli in Paltieli*: & illam huic filios hos peperiſſe dicerem: quæ Dauidi ſcilicet numquam pepererit. Sed hoc eſt magis improbabile. Non ellipticam probo interpretationem: quam noto tantum, vt intelligatur, non ſine bonis auctoribus ſolutionem hãc quartam afferre me ad ſeptimum hoc argumentum. Sequor Rabbinum, qui filios Micalæ accipit de adoptatis. [g] Id facit alibi Auguſtinus. Et opinor, iſthac ſolẽnitate apud Iudæos adoptionem peragi ſolitam, [h] quẽadmodum egiſſe Iunonem in Hercule adoptando, & morem fuiſſe barbarorum recitant il-

f l. 4. de leg. 1. l. 76. de leg. 2. l. 17. de çom.

g Aug. 2. de co. cu. 3.

h Diod. lib. 5.

lo ad latus ſumto in lectum, & dimiſſo mox in terram quaſi à pariete. Certè quid ſimile fuit. [i] Et ſic voluit Rachel, ſuper genua ſua parere ancillā ſuam, vt liberorum eius ipſa mater Iacobo cenſeretur. [k] Variæ hîc, & miræ formulæ, iuris Romani, Gothici, aliorum. Mirum, nec his, vt exiſtimo, abiunctum, [l] quod olim Tibareni, hodie faciunt Braſilienſes: vt viri quoque agant puerperas: an non vt dici parentes poſſint certius? Quis diſputet, ſi iſta fieri poſſint iure Romano? Cur aut Hadrieles de Micala, aut Micala de Hadriele, ſic ſuſcipere filios voluit? Et cauſſæ tamē videri poſſunt manifeſtæ, reginæ nomen, cognatio, ſterilitas. & non ſunt hæc ad præſentem diſputationem.

i Geneſ. 30.

k Alc. 4. pare. 3. Con. 2 com. 15. Pithœus 1. ſubſ. 1.

l Apo. 2 arg. Val. F. 5. Schĕck 4. obſ. 163.

De nominum variationibus.

CAP. IX.

SVpereſt argumentum octauum. Et hoc eſt, quod *Darius* nominetur rex Spartanorū à Macbæico noſtro, & eius nominis rex Spartæ non fuerit.

rit. Quod tamen ego non quæro:[a] & regii illic iuuenis nomen *Dorium* aliquando audio.[b] Sed nostri aut Arium restituunt, aut (quod[c] legimus regis Lacedæmonii nomen) Aræum.[d] Neque id crimen est, fateri erratum in littera illa vna addita. Et theologi aduersarii: (quod antè dixi) hoc facilè volent. Itaq; si, quod faciũt nostri, aduersarii, faciant põtificii, contra quos argumenta hęc proferuntur, pręsens euanuit ilico argumentum.[e] Nostri & hoc volunt, irrepsisse Hieronymo, & Augustino (quod etiamnum legitur in Syra, & in vulgata) nomen Isaiæ illic, vnde hoc nomen abesse debet.[f] Et Hieronymus censet, Abiatarem pro Abimelecho alibi legi: & alibi Hieremiam pro Zacharia: in sacris bibliis incuria descriptorum.[g] Scio, & ab aliis, & ab ipso Hieronymo, & ab Augustino hęc aliter expediri. Verum & hoc video, nõ absque auctoribus stare respõsionem istam aduersariis posse ab errato vnius, atque alterius litteræ, imò & totius nominis.

a Herodo. lib. 5.
b Tiguri. Iun.
c Paus. lib. 3.
d Aug. Deut. q. 45.
e Dan. Mar. q. 1.
f Dan. Mar. q. 10. & nõ. Mar. 2. Mat. 27.
g Hie. de o. g. 1. Aug. 3. de co. eu. 7.

Nam ad me quod attinet, non omnia probo, quæ in iſta diſputatione profero. Non hoc Hieronymi probo: nõ illud, quod de teſtimoniorum abuſu retuli ad argumentum primum, vt euangeliſta abiectè adeò de vocatione ſua ſentiret, & ſe miſellum neſcio quem cogitaret, & diuulgata in gentib. falſa teſtimonia reuereretur, quẽadmodum Hieronymus ſcribit. Sed hîc ita ago, quaſi indutus aliquando perſonam, quam ſemper abominor, pontificii: qui iſthæc Hieronymi volens libens adducet, & ſibi eripi nõ patietur: [h] Ergo de his nominum erratis plura & profanorum, & ſacrorum auctorum alii noſtriq; iuris interpretes adnotarũt. [i] Procliuem lapſum in littera vna, etiam in canonicis confitentur & theologi puriores. Ego etiã cenſeo videndum rurſus, an Hebręus ſcriptor ſic aptauerit nomẽ illud Darii, vt auditum genti fuerat ſuæ. nec Arium dixerit: quod nullibi in libris ſacris, & fortaſſe nec in vllis aliis Hebręorum extabat. Nam Darii celebre

h Decia. Apol. c. 22.

i Tĕ. 1. Sam. 17. Dan. Bell. 1. co. 2. c. 7.

à libris

à libris Danielis, Aggei, Zachariæ, Nehemiæ, Ezrę.[k] Qui Eutychi⁹ Gręcis, Tobracon Afris. Et sic Afer auctor Tertullianus Afrum nomen consulto seruat, vt magis notum Carthagine: & vsui cedens etiam corruptũ ipsum posuit, dixitque Torpacion. Quæ Franciscus Iunius ad Tertullianum. Etsi addit, verius se putare, corruptum opera aliena. Et altera hęc est solutio argumẽti. Est tertia, quod verisimile sit, Arium Iudęis vocatũ fuisse Darium. [l] Additum in Ptolomæo primam litteram ex proprietate linguæ Ismaeliticæ, suspicatur Drusius egregius. Ecquid dicam aut in lingua vna dialectos varias? [m] Macedones Bilippum, Balacrum, non Philippum dicebant. B pro π vtebantur. Plura hæc. Pleraque nomina hominum, & locorum alia Hebræis sunt, atque aliis sint gẽtibus. Etiam extra Hebręos sic est inter alias gentes. Quis est Assuerus in libro Esther? Hæc mulier quam variis vocata nominibus est? [n] Quæ Salome Iudæis, illa Græcis Ale-

k Iu. Ter. 3 cap. 4.

l Dru. vo. H. T. S.

m Plut. pro. Gr. 9.

n Iosep. 15. antiq.

o Laert. Clito. xandra. [o] Qui Asdrubal Pœnis, idem Græcis Clitomachus. [p] Litauic⁹ Cæsari, qui Leodeuicus: Ariouistus, qui Ernestus, &c. Plurima hæc: plurima vbiq;. Et recensere de libris sacris nomina variissima variata, id sanè insanũ foret. Vnum legamus caput in Genesi sextum & quadragesimum, & vnum in Numeris sextum & vigesimum: atque sentiemus de re ista luculentissimè. Vbi hoc ipsum negotium agitur accuratè nominum: vbi idẽ scriptor: vbi eadem lingua. & nomina variãtur magis, quã fit cum nostro hoc varié. Quantum hoc est adiecti Delta? [q] *Ieminita* alibi est, figurâ cõtrariâ pro *Beiaminita.* [r] & alibi *Ram* pro *Aram.* [s] alibi figurâ aliâ *Iob* factũ habemus ex *Iaschub.* [t] & *Duma* est *Edomea* & *Pasdãmin* pro *Ephesdammin.* [u] & *Conia* pro *Ieconia.* [x] quẽadmodum Prænestini *ciconiã* dicebãt *coniam.* [y] Video alibi *Ihezer* pro *Abihezer.* [z] & priuatim Moysi *Hoschea-ham* pro *Iehoschuham.* [a] Alibi est sæpe *Chizkya* pro *Iechizkya.* [b] & alibi alia. Sed desino dura Latinis nomina, striden-

tia,

p Lips. 1. Poliorc. 2.
q 2. Sam. 20.
r Isa 21.
s Num. 26.
t Isa. 21.
u Ier. 22.
x Plau 3. Truc.
y Num. 26.
z Num. 13.
a 2. Reg & 2. Ch.
b Num 32.

tia, anhelantia[c] vt de lingua Hebraica ait Hieronymus, non solum de Punica. [d] Et in Græco hæc aliter sunt, & in Latino, Syroq; vt facilius pronunciari possent nomina durissima Hebræorū. O summi interpretes Latini, tu in cęlis recepte Tremelicū piis triūphatoribus, tu adhuc in ecclesia militantium dux inclite Iuni, cur auribus, & linguis Latinorū tribuere hoc quoq; noluistis cum vestra versione Bibliorum Latina, vt nominū sonos hos dissonos, & ab omni Latio alienos aut sonare, aut audire nō cogeremur? Quęsitam vobis distinctionem personarū nominumq; num habere nō potuissemus, & integrā Latinitatem? Profani auctores, Gręci, Latinique curarūt hoc perdiligenter, vt vocabula, & nomina flecterent, etiam præter veritatem, ad elegantem, & venustam pronunciationem. [e] vt Plato, Cicero, alii cōtestantur. [f] Scaliger ille magnus iacturam hodie diphthōgorum iubet, vt oris vetet distortionē. Quid? [g] Vos neque in profanis fertis flexionem i-

c Hier. ep. 4. 2.

d Bell. 2. de V. D. vl. Drus. 4. obs. 10.

e Pla. Cra. Cic. ora. Pli. 8. ep. 4.

f Scal. de ca. l. L.

g Tr. Gen. 2. 2.

stam?[h] Sed hęc illa est tamen libertas, quam summam semper fuisse in trásferendis nominibus de vna in aliam linguam, alii adnotarũt.[i] Sed Strabo, siue vt nominari vult [k] quidam, Strato, propter absurditatem pronunciandi, prisca quædam nec sustinet vocabula scribere. [l] Et Pomponius Mela, *Cantabrorum aliquot populi, sed quorũ nomina nostro ore concipi nequeant:* & de Germanicis quibusdam, *quorum nomina vix est eloqui ore Romano.* Eadem Plinius lib. 3. c. 3. & in prooem. 5. Non hîc ego laudo sæculi nostri Germanos: qui de significatione suorum nominum, quam accipiunt à sermone patrio, nomina sibi aut Græca, aut Latina conficiunt. [m] Hæ illæ sunt ineptiæ, viris acri præditis ingenio dudũ irrisæ in his, qui Græcè dicere Saturninum nolebant, sed Cronion multo malebant. Sic peccant & illi, [n] laudatissimi alioqui, Itali, Bonfinius Hũgaricarum, Æmilius Frãcicarũ, Virgilius Anglicarum rerum scriptores. Et ridiculus est Natalis Comes, qui, contra

h Buch. 1. Scot.
i Str lib. 16.
k Patr. disc. per.
l Mel. lib. 3.
m Lucia. q. h. s. s.
n Bayf. Hot. Cuia. Lips. Bræch. l. 38. de V. S.

contra quã illi Græci faciebãt, vult Græca in Latino sermone vocabula, & Cyrnum pro Corsica, & id genus alia. [o] Ridet eosque Scaliger, qui, *Ioannes* cum sint, nuncupari cupiant *Iani*. Et hi tamen extra Italiam sunt tolerabiliores, vbi sonat nomen sonum *Iani* magis, quam *Ioannis*. Sed & *Iusti* quidam, & alii sunt, qui eo more, quem in Æmilio, & in aliis rident, sic sibi nomina demutarũt. At probatissimus Plutarchi interpres Gallus & in hoc [p] laudatur, quod nomina Latina non semper verterit in sonum Gallicum; etsi id durũque visum plurimis fuerit. Sic sanè. Sed durum visum plurimis. Sed neque distant ita Latina, & Gallica, vt Hebraica, atque Latina. Quod autem Hebraicũ non dissonat immensum Latinis auribus, id & probarem ipse. Non fastum Latinum, non Græcã effæminationem quæro: [q] quibus duobus iniucundum censetur Hebraicum idioma. Verum emollitionem, deflexionem desidero nominum moderatam. Id & a-

o Scalig. exer. cit.

p Mont. 1. spec. 46.

q Oecol 4. ep. 7.

postoli fecerunt, & euangelistæ, dum nomina nobis Hebraica referunt in oratione Græca, & sic illa molliunt, flectunt ad Græcum sonum. [r] Septuaginta interpretes, qui dicuntur, idem fecerunt cum versione sua veteris testamenti. Syri idem fecerunt cum sua testamenti noui. Et omnes alias versiones sic factas video, vt nomina in vnaquaque deflexa plurimum sint ad linguam versionis cuiusq;. Etiam quũ volunt vocabulum ita referre de alia lingua, vt in ea est, aptant scripturæ istæ, & sacræ ad linguam, in qua ipsæ sunt. [s] Ecce Syriaca noui testamenti versio aliter refert nomen illud à Domino impositum filiis Zebedei, aliter notat textus Græcus. [t] Et eadem versio, *Hebræis dicitur Gagultha*; & textus Græcus sic, *Hebraicè dicitur Golgotha.* [u] & idem Græcus, *vocatus est ager ille propria ipsorum lingua Aceldama:* at Syriacus, *lingua regionis Chakel-damah.* [x] Et Græcus rursus, *dicit ei rabboni, quod dicitur præceptor:* Sed Syr⁹, *dixit ei Hebraicè rabbuli, quod,* &c. [y] Aut hæc melius ex-

r Dru. vo. N. T. 15.
s Mar 3:
t Mat 27 Mar. 15. Io. 19.
u Act. 1.
x Io. 20.
y Tr. Iu. Io. 19. & 20. Bell. 2. de V. D. 4.

explicamus cum bonis magiſtris, vt quod Syrus ſæpe in nouo teſtamento dicit Hebraicum, id ꝓpriè Hebraicũ non ſit, ſed vel Chaldæum, vel Syrum. dicat Hebraicum tamen, quoniã tũc tẽporis Syriaca lingua Hebræis eſſet vulgaris. nam ſuæ linguæ vſum iam in ipſa captiuitate amiſerant, ac victorũ idioma, vicinarumq; regionum (quod vel Chaldæum erat, vel Syrum) didicerant. [z] Per contrarium dicũt Chaldaicã alii, quæ Hebraica. & quia ſunt linguæ iſtæ affines: & Chaldaica notior erat. Sint hæc ita. [a] Sint aliter: vt alii in his, in aliis volunt; ſemper iuuabunt præſentem diſputationem: quũ videmus, non conuenire ſcriptores in referendis nominibus, quæ de lingua aliqua ſe referre profitentur.

z Pell. 2. de V. D. 6.

a Druſ. 11. obſ. 23. & Fab. 3. ſem. 1. Dan. q. Mar. 65. Man. 4. Act. Ver. 2.

Plurima pugnare videntur in ſacris libris.

CAP. X.

HÆc autem argumẽta illa ſunt, ad quę duxi reſpondere. At theologi noſtri facient probè, ſi argutias illiuſmodi non ſectabuntur cõtra iſtos

apocryphos libros. efficient alioqui (vereor valde) infirmos ſubuereri & in canonicis malè: qui ſentiant, per eaſdē peti ſubtilitates & canonicos poſſe. efficient, ſuſpicari eoſdem & in reliquis argumētis calumnias: ſi in quibuſdam ſic calumnias vident. efficient certè aduerſarios audaciores: qui non rudes artium rhetoricarum, per hæc imbecilliora afflicta triumphabunt de ceteris, quæ aut ſilentio, aut leuiter tranſmittent ſuis. Quod non contingeret, ſi ad bonas tantum rationes, quę sūt nobis plus ſatis, poſtuma Antichriſti proles Suitica, aliique veteratores, Romani papatus ſophiſtæ reuocarentur. [a] Patres antiquiores eodem hodie modo audiunt non honorificè, quod dum oppugnarent vndique aduerſarios hæreticos, non admodum expendebant, quid producerent contra illos quaſi in aciem. [b] & neque abſtinebant à librorum & profanorum, & ſacrorum corruptione: ſi in libris quid eſſe putabāt, quod contra Catholicam fidem eſſet. Apage

[a] Lub. 1. de prin. 11.

[b] Epiph. Ancor. & Eraſ. præf. Hilar. & Pſ. Quare fremu. Lamb. 3. Lucr. Iun Tert. 4. ad Mar Bez. 7. Rom. 9 & epiſt 39. Scal. 1. Manil. Rhodig 15. antiq. 9.

ge pias istas impietates. Apage diligentiam omnẽ stultam. Apage argumenta isthęc vana in re, quæ vna non est vana. Quid ad isthæç argumenta, quibus librum Macbæorũ conamur perdere, clamauerit pontificius? [c] *Hoc ne deterrimo quidem euenire, vt in omnibus erret:* quod ęst apud Platonem. Aut quid hîc huiusmodi arguměta compilamus? [d] Vt nostri ingenii, & pectoris fœcunditatem ostentemus ambitiose, atq; pueriliter; & in re, quę maximè ab omni ambitione debet esse aliena, ambitiosi simus. [e] At neque opinio eruditionis est tamen ex multa rerum congerie. [f] Scilicet & Margites omnia quidem sciebat, sed eadem omnia malé. [g] Ostentatio memoriæ res est puerilis. Etiam ineptiarum crimen dictum laudatio auctorum, & vitatum auctoribus laudatissimis. quicquid hodie magnum id decus ducitur, & expetitur. vtq; ruunt in peius omnia, [h] etiã Italis meis datur crimini, quod auctorib. laudandis soleãt supersedere. Pulcherrimũ erudi-

c Pla. Phædro.

d Dan. ad. Bell. con. 4. lib. 5. cens.

e Card. 3. de sup.

f Pla. Alc. 2.

g Cic. part. & 3. de orat.

h Fab. 3. Sem.

tionis argumentum, pulcherrimum, &c. quum perſequimur, quod quiſque vmquam vel cõtemptiſſimorum hominum dixerit: & quum omnes etiam indignas lectione ſchedas excutimus. [i] Imò nimiæ miſeriæ, aut inanis iactantiæ eſt, & eius vtique hominis, qui anilibus quoque fabulis accommodare operã poteſt. Tu beatiſſime Witachere prudens, dum adeo ſobriè, adeo theologicè diſputationem iſtam de canonicis libris confeciſti cõtra audaciſſimum Eſauitam. Sciebas profectò, phaleras eſſe ad populos, aut etiam ad populos alia omnia: & pericula timuiſti, quæ dixi, ab aliis omnibus. [k] Legeras apud magiſtrum eloquii dulcis tui, non ſermonem quotidianum cohæſurum, non ([l] quod addit Alciatus) hunc ſacrum, ſi cauillationes magis, & ſubtilitates, quam benignam, & ęquam interpretationem adſumimus. Dicam adhuc pauca. [m] *Hi filii Iacobo nati in Syria*, ait ſcriptura. & ex his tamen Beniaminus natus illic non eſt: fortè nec

i Quinct. lib. 4. c. 13.

k Cic. pro Cæci.

l Alc. 2. de V. S.

m Genes. 35.

nec conceptus.[n] Quod si conceptus illic esset, natus etiam censeri ibidem potuisset.[o] *Ego descendam tecum in Ægyptum: & ego faciam vt adscendas, similiter adscendendo tecum*, inquit Iacobo Deus. & Iacobus in Ægypto mortuus est. atque quod *tecum* est primum viuente, idem intelligitur mox *tecum* mortuo: aut cum posteris tuis.[p] *Omnes animæ familiæ Iacobi septuaginta*, scribit Moyses. & Stephanus de quinque amplius recitat. Quo in coniungendo numero nisi paullò durius agitur, quam ipse ago, siue in numero concilii Romani componendo, siue in qua alia caussa extricanda, valde decipior.[q] Etiam scribit Caluinus in Genesi, & in principio Exodi, constare de errore librariorum in Actis: aut etiã dedisse hoc Lucam rudibus, & elementariis, qui Græcæ lectioni assueti offendendi nõ erant. Et idẽ scribit ad id quod in epistola est ad Hebreos, Iacobum innixum ad virgę summitatẽ. videlicet, deceptos fuisse Græcos in ista versione: quam tamen secutus A-

n l. 7. l. 29. de ft ho. Aug. Ge. q. 117.
o Gen 49.
p Gen. 46. Act. 7.
q Calu. 46. & 47. Genes. & 28. Num.

postolus sit, vt ea erat in communi vsu, ne rudes de nihilo offenderet. Vides, & castissimum theologum non respuere aut iudiciũ, quod Hieronymi dixi de Luca: aut quod dixi de erratis librariorum? aut quod dico de numeris? *Facilè fuit, vbi notis signantur numeri, corrumpi locum vnum. Non mirum, literam vnam alterius loco in notulis fuisse positam. Nulla religio dicere vetat, vt in rebus leuiculis interdum contingit, scribarum incuriâ obrepsisse diuersum numerum: idque fortè magis ingenuum erit,* &c. Scio, alios expedire hæc aliter. Etiam Bezam contradicere in illo loco ad Hebræos. Scio.
r Tr.2.Ezr.7. Nehem. Sed & nostri sic dicunt. [r] Et hæc de numeris alibi quoque. Variant illi, etiam quum de vno, & eodẽ libello recensentur ad verbum; vt sic libellus, qui apud Ezram, recitatur à Nehemia: & numerus idem vtrobique recensitorum non tenetur. [s] Alibi cu-
s Tr.2.Reg.7. biti octodecim memorantur, qui alio loco triginta quinque: & bis mille
t Tr.1.Reg.9. bathi semel: qui iterum ter mille. [t] Et

qua-

quadringenta viginti talenta, quæ alibi quadringenta quinquaginta. [u] Et currus mille quadringenti, qui postea quatuor mille. [x] Et quatuor millia presepia in libro vno, quę in alio quadraginta millia. Ad quæ trahitur magna vi cõpositio. [y] Et tribus vna, & imò duæ cum parte tertię quoq;. [z] *Sacrificaturi sumus*, ait Moyses: & id cum adminiculo *fortassis* accipitur. quod quidem adminiculum variante figura remouetur positum alibi. [a] *Deuorauit eos*; ait scriptura. & id est, exanimauit, [b] non quemadmodum eadem scriptura loquitur de Iosepho deuorato. horum enim & corpora, & vestes superfuerunt. [c] *Peruenerunt in Kadeschum*, ait, & *se absconderunt in Schomrone*. atque de tractu regionis, & regni intelligit: nullo modo de his opidis. [d] quod & alibi. [e] *Altaria destruxerunt*, inquit scriptor sanctus. & altaria nulla erant, sed aliquid altaribus conferendum. Quomodo & Sex. Victor dicere potuit, Romæ templa Augusto consecrata, etiam viuo: cum templa

u Tr. 1. Reg. 2.
x Tr. 2. Ch. 9. & 1. Reg. 4.
y T. 1. Reg. 11.
z Tr. Exo. 8. & 32.
a Tr. Leu. 10.
b Gen. 37.
c Tr. Nu. 31. & 2. Ch. 22.
d Tr. Iof. vlt. & 2. Reg. 24.
e Tr. 1. Reg. 9.

nulla, sed aræ sic essent. vt de aris Ouidius in primo Fastorum, & Suetonius, & alii. Itaq; critica certatio potest

f Tr. 2. Reg. 14. & 21.

cessare. [f] *Regnauit annis viginti nouem*: in quibus annos duodecim exul. Sed & anni captiuitatis in annis regni numerantur.

g Tr. 2. Reg. 15.

[g] Et ait alibi, *anno vigesimo Iothami*: qui quartus est post Iothami mortem: at regis, cuius tum agebatur annus quartus, nondum facta mẽtio erat. Et nihil adeo violentum est pro

h Tr. 2. Ch. 8.

Macbæico allatum. [h] Ait, *annum trigesimum quinctum regni Asæ*: cuius vtique decimusquartus: ceterum trigesimus quinctus erat regni Iudæ, quod tenebat Asa.

i Tr. 2. Reg. 18.

[i] *Anno tertio Hoseæ*: qui vndecimus: sed tertius, ex quo tributarius

k T. Ezr. 1. & 6. Neh. vlt. Ps. 137. vide Plin. 6. c. 26.

ille fuit regi Assyrio. [k] *Regis Persidis*, id est, Babyloniæ. & contrà, *regis Babyloniæ*, id est, Persidis: & *flumina Babyloniæ*, id est, monarchiæ Babylonicæ.

l T. 2. Reg. 24.

[l] *E totis Hierosolymis*: quod alibi ex toto regno.

m T. Danie. 10. Isa. 8. Ier. 50. 51. vlt.

[m] *Reges Persiæ*, id est, rex & primores. *Reges Mediæ*, id est, parentes regi Mediæ. Quomodo potuit Iouius dixisse regna Æthiopiæ, quæ prouinciæ vni

omnes

omnes parêrent. Et defendi poteſt ab accuſatione[n] Bodini benè. Cum & n Bod. 1. de ſint reges ſub regibus: fuerint ſub Cæ- rep. 2. ſaribus, ſub noſtro * Iuſtiniano. *Regna* * Cuiac. con- *Parthorum duodeuiginti ſunt omnia: ita e-* ſul. 3. *nim diuidunt prouincias.* Plin. 6. cap. 25. [o] Virgilius autem dixit Medum Hy- o Virg. 4. daſpem: qui Indiæ fluuius: ſed ſic Me- Geo. vbi Ram. dus, quia regibus Medorũ parêre cõ- ſuetus. An ſic accipi nequit, quod antea de Media ſcriptum à noſtro fuit?[p] p T. 1. Reg. 7. *Vir Tyrius* ab habitatione, qui Iudæus. Ezr. 2. [q] *Silua Ephraimitarum*: quæ Manaſſitarum. Sed ibi illi cæſi. Atque innumeras notare licet rationes, & occaſiones nominum. [r] *Iair filius Manaſſis*: & q T. 2. Sam. 8. filius tamẽ Iudæ. [s] Filius alibi, qui ne- r T Nu. 32. pos. [t] Quomodo defendunt Pompo- s T. 1. Ch. 6. nium noſtrum aliqui: qui ſuperbum Ezr. 3 t Alc. 11 Pare. 8. & conſ. 50. 82 lib. 9. Tarquinium dixit filium Demarathi. Etſi † defenſio aliis non probetur: & † Ant. Auguſt. alia, atque alia excogitetur. Sed pro- de famil. Tarquinia. bari tamẽ ex his poteſt ſacræ ſcripturæ: quæ hoc quoque nomine filii ſic utitur in tractatu hiſtorico. [u] Reſpõ- u Eug. 1. conſ. dit autẽ doctiſſimus præceptor meus 74.

M. Antonius Eugenius, & fratrem di-
ci alicubi in ſcripturis, qui eſt filius
fratris; & non eſſe nouum, allegari ad
x T 1.Ch.2.3. & 1.Sam.17. iſta paginam ſacram.[x] Etiam alibi fi-
liorũ numero nepotes, & deſcenden-
tes. Et fili⁹ ſucceſſione in regnũ. Quo-
modo noſtrique imperatores appel-
y T.pro.4. Druſ.2.q.9. lant parentes ſuos prædeceſſores.[y] *V-
nicus matri meæ*, alicubi, qui vnicè dile-
z T.2.Sam.5. a T.Gen.29. ctus.[z] *Venerunt omnes tribus*, id eſt, lega-
ti tribuum. [a] *Congregatis omnibus viris
b T.Iſa.8. illius loci*, id eſt, plurimis. [b] *Teſtes ad-
hibui mihi fidos*, inquit propheta de
improbis, & infidis erga Deum, ſed
c T.Ezech.20. fidis vulgo. [c] Dicta ait alius, quæ di-
d L.6.de V.S. cta non ſunt, at ſenſa. [d] aut quia ver-
bum ex legibus ſic accipiendum eſt
tam ex legum ſententia, quam ex ver-
e T.Ezech.27. bis. [e] Tyrum non reædificãdam, pro-
pheta ſcribit, quam ſcimus reędifica-
f Dru.16. obſ. 6 & Bell.5.co. 3.c.14. tam.[f] Et verbum *non amplius* cogitur
ſæpe ad certum tempus. [g] Et alius
g T.Dan.7. propheta ait, *exſurgent reges decem: poſt
quos ſurget poſtremus*. quod eſt, quorum
qui poſtremus ſurget: neque enim
vndecimus fuit. Vt hîc fortè ve-
rum

rum sit,[h] quod traditur, esse linguarũ proprietates quasdam aliis imperceptibiles.[i] Cicero diuerso modo, *decem fuimus consulares*: vbi vndecim cũ seipso nominat.[k] Et in Scripturis, aliquando, *ceperunt aulicum, & quinque homines, & scribam*: atque alibi, *ceperunt aulicum, cum septem viris, & scribã.* Ceterum me decet, iam operæ isti finem facere. Attamen duo adnotabo de testamento nouo.[l] Ait ergo dominus Iesus, *Ego non adscendo ad festum*: & adscendit tamen: & in medio festo, & templo docet. *Multi in hoc explicando nodo se torserunt*, &c. apud Bezã. Itẽ, *Et me nostis, & vnde sim nostis*: & tamen, *Neque me nostis, neque nostis vnde venerim.* Sed scribit Marcus caput vltimum, quod non in vno visum est à scriptione aliorum euangelistarũ discrepare. item in ea tota narratione omnes non vnius discrepantiæ speciem multam præbent. Adi ad vnum, & nouissimum Baronium.[m] Lucas autem scribit, *Vocem audierunt*: at Paulus, *Vocem non audierunt.* De eodem facto,

h Vict. 9 lect. 17.
i Cic. Phi. 13. vbi Ma.
k T. Ier. 52.
l Io. 7. & 8.
m Act. 9. & 22.

eadem (vt videtur) voce. Sic de sono quodam potius, [n] vt loquitur I. C. & τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ accipimus priorem: de voce articulata, & verbis distinctè ad aures sociorum Pauli sonantibus capimus hunc posteriorem. Cur tam variè? Vt concordentur scripturæ, quæ in nullo tamen significant istam distinctionem. Valla verborum ordinem, & verba mutat in Lucæ narratione, aptè ad narrationem Pauli. Sed ratio hæc etiam secat, non soluit nodũ: vt sapientissimus ait Beza ipse hic, theologus magnus, & magnus in omni doctrina vir, cum scholiis Græcis magis est: vt vocem dixerit Lucas auditam eius, id est Pauli. Paulus negauerit, auditam vocem eius, qui secum loquebatur. Et quidem hoc in Pauli sermone est. at illud *eius*, in sermone Lucæ non est. Et neque rationes optimi interpretis suadent, vt de voce Pauli capiatur Lucas. nisi quia & sic scripturæ scripturis cõcordantur. Nam alioqui relatio ad proximiorem vocem, si ad alterutram, fieri debu-

[n] l. 7. de sup. leg.

debuit: quę Christi & quæ potentior adducere in stuporem comites Pauli. [o] Et sæpe tamen fit relatio ad remotius, ob varias caussas. [p] *Natus octo annos Iehoiacin, quum ille regnare inciperet*, &c. id est, quum illius pater regnare inciperet. Et sic ad remotius. [q] Sic ad remotiorem vocem σκηνὴ, quæ est versu tertio capitis noni epistolæ ad Hebræos, referunt aliqui articulum sequentis versus ἐν ᾗ, non ad proximiorem κιβωτόν. quia legatur, fuisse in arca nihil præter duas tabulas. Quamquam nec apostolus videtur id ferre, nec alii interpretes. Apostolus facit eodem loco tabulas, vrnam, virgam. & de arca pergit dicere, *supra hanc autem*, &c. Ergo articulus ἐν ᾗ magis est vt capiatur difformiter. atque intus significet tabulas, alia significet ante. [r] Varia sic est nobis articuli, IN, significatio. [s] Et sic vnum verbum capi vno locô difformiter nobis item solet, ne sint vitia in oratione. Addo quod nec exactam illic Apostolus instituit narrationem, sed ad aliud annotatio-

o Alc. 4. conf. 8. & 112. 9. Tr. 1. Sa. 7.
p T. 2. Ch. vlt.
q T. 1 Reg. 8.
r l pen de V. S Bar. Aug l 2. de clo. l. 1 de fla. Ser. Æn. 2. 5.
s l. 2. de off. proco. l. 4. de vulg. vbi not. Dec. cons. 69.

nem: & igitur addit, *De quibus nunc nõ est dicendum singulariter*. At nõ ego disputo de ipsis compositionibus, sed de rationibus componendi narro. Alioqui prima ad locos illos Actorum compositio videtur mihi ceteris melior. Nam simile est, quod ait Daniel, [t] *Videbam ego solus visionem: homines autem, qui erant mecũ non videbant: sed trepidatione magna accidente eis, fugerunt*, &c. Scilicet aliquid & ipsi viderint eius visionis. [u] Audierunt & turbæ aliquid de voce ad Iesũ cęlit? facta, quæ putabant factum tonitru, aut locutũ angelum: sed vocem, & verba distincta non audierũt.[x] Vt sunt, qui distinctè, & sonorè loquuntur, & qui grauiter, & qui ἀσαφῶς, & qui ἀσήμως; ita & qui audiunt: morbo, alia occasione.[y] Sic & sonitum indistinctum audierit populus, solus autẽ Moyses distinctã vocem Dei ferentis leges. Sed desino plura. Solutiones aliorum omniũ supradictorũ, quæ, scripsi videri pugnare, illic sunt, vbi & pugna videtur: sed non est. Ego ipsas pugnarum species

t Danie. 10.

u Io. 12.

x L. 9. de æd. ed.

y Exo. 20 Si. 12. 17.

notaui,

notaui, vt pugnas in Macbęico nõ accusaremus esse, quæ itidem videri tãtum pugnæ valent. Atque adoro vos sanctas Dei scripturas. Etiam in vobis quædam nescire, duco sapiẽtię Christianæ.[z] *Satius est, sapere in Scripturis sanctis minus, quàm contra.* [a] *Melius est, aliquid nescire securè, quàm cum periculo discere.* Scimus, quæ ad salutem sunt satis, scimus. Et quæ nescimus reliqua, sic sunt ad nostram adhuc instructionem, vt nos nostram doceant sedulò infirmitatem, & ad sapientiam Dei doceant suspirare perpetuo, quæ est CHRISTVS IESVS.

z Tert de pudic.
a Hierony. ep. 22.



CLARISS. V.
IOHANNI DRVSIO
Albericus Gentilis S.

QVAM *facio parergicam istam disputatiunculam,* Drusi *clarissime. quòd sit voluptatis eius testimonium, quã cepi modò, dum in te incido, & te cerno coram, quẽ amo antehac plurimum, atque plurimum colo. Vel ita numerem ego diem istum veluti lapillo meliori, qui te mihi notum de facie fecit, & me tibi: iunxitq; beneuolentiá nos arcta, & perpetuum (spondeo à me, & à te spero) perduratura. Vide autem, si ago tecũ quasi aliquis vnus amicus peruetus, & familiaris: vide, ecce affero simul aliam Disputationem: quam velim examinari à te, & censeri, num digna sit, quæ prodeat in lucem, & in viri eius conspectum, cui inscribitur magno. Nosti tu* Tobiam *illum, ingenium, iudicium, litteras, omnia illius magna: magnum olim Oxonii nostri lumen,*

men, & Meridiei, nunc magnum Septẽtrionis. En, Drusi *eruditissime, ad sydus istud mecum respecta, & disputationem meã proba, castiga, suborna: vt ea mox tanti splẽdore nominis illustrari nõ immeritissimè possit. Et vale: & Albericum ama mutuò. Londini.*





ALBERICI GENTILIS I.C. PROFESSORIS REGII DE LINGVARVM MIXTVRA

DISPVTATIO PARERGICA.



l.1.ff.de V.O.

EADEM, an alia lingua respondeatur, nihil intereſſe, at ſtipulationem valere ſemper, definierunt iuriſconſulti. Id, quod videri ineptum potuit. [a] Etiam quia inepta iſthæc mixtio viſa eſt ſemper viris eruditis, & ſapientibus, adeoque etiam irriſa ſatyris eſt. [b] Ecce autem M. Tullius, relaturus Epicharmi alicubi ſentētiā, *Dicam*, inquit, *ſi potero, Latinè, ſcis enim me Græcè loqui in Latino ſermone non plus ſolere, quàm in Græco Latinè.* Ceterum & fit pluries; vt Ciceronis tenere regulam nequeamus. [c] Atq; tres notauit alicubi Cardanus caſus: alibi quoque longè plurimos. Etiam Ciceronis illā ſenten-

a Cic. 1. de fin. Hor. 1. Saty. 9. 10.

b Cic. 1. Tuſc.

c Card. 1. act. adu. cal. & 2. de ſap.

ſententiam eleuat facto ipſius Ciceronis contrario. Neque Cardanus tamen facit contrariam regulã. imò dicit eos ineptos, qui putent licitã mixtionem paſſim: quoniã & tam multis modis licitã animaduertãt. illi verò modi ſunt iſti. Primus, ſi Latina nõ habentur, vt tum Græca neceſſariò admiſceantur. quod & ſenſit Cicero, & expreſſit illic:[d] *Græcis licet vtare, quũ voles, ſi te Latina fortè deficient.* Ait, *ſi te fortè.* [e] nam ipſe, ita ſentire, & ſæpe diſſeruiſſe ſcribit, Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgo putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe quàm Græcam. Vulgo inquit. [f] quemadmodum & alibi, *Quæ dicitur eſſe inops*: vbi neque refellit, cauſſæ ſeruiens. Attamen cum Cicerone ipſo nec alius eſt vllus, vt ait Cardanus in libris de ſapientia, nec non ſolet idem refutari, ſicubi in rem aliquam certam, & controuerſiam itur. Quãquam nõ eſſet copia Græca, [g] ſi ſuperfluitas eſt, ſuperſtitio, loquacitas, nugacitas: vt hoſtis Cardani vult Scali-

d Cic. 1. acad.

e Cic 1. de fin.

f Cic pro Cæc. vbi Manut.

g Sca. de ca. l. L. 73. 78. 115. 131. 175. exerc. Poet.

ger. Ait is, nec vinci Latinos felicitate compositionis vocabulorum, sed superari Græcos prudentiâ. Cum id gen⁹ aliis pluribus. Etiam Cardanus, Latinam sinceritate linguam præualere, adfirmat. Sed hæc non est præsens quæstio. Ergo secundus Cardani casus est, in quo licet Græca miscere, si lis sit in dictione, sensu, lectione. Tertius, quum est res grauis adeo, vt vereamur, ne quis interpretatione maiorem emphasim addiderit. Extra quos casus in mixtione ista nihil sit, eo iudice, nisi ambitio inepta, & puerilis. Scilicet, quos alios idem notat alibi plures, illi ad hos referri non incommodè possint. [h] Atque ad primũ accedit etiam quod scribit Gellius: *Verba ipsa Platonis scripsi: quoniam ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare.* [i] Doctissimus Gellius, vt ita eum solet Scaliger nominare. [k] A. Gellius, vir elegantissimi eloquii, & multæ, ac facundæ scientiæ, vt eum celebrat Augustinus. Credimus tanto testi, esse quædam, quæ reddi Latinè non

[h] Gell. 10. c. 22.

[i] Scal de ca. l. L. 57. 63. 85.

[k] Aug. 9. ciu. 4.

nè non possint.[l] Etiam Hieronymus, *Proprietatem Græcam Latinus sermo non explicat.* vt itaque alicubi in Latinis libris sacris aliquid non fuerit ob trãslationis difficultatem. [m] Et quidem nunc quoque locum translatu difficilem dicunt viri magni. Huc autem reiicientur alii Cardani casus. Quum tota emphasis exprimi aliter nequit. Quumquid aliter exprimi nequit nisi periodo longa.[n] Et sic Augustinus: *Non sunt harum rerum apud nos vsitata nomina. Si fabricassem interpretãdo, essem ineptior: si circumloquerer, minus essẽ disputando expeditus,* &c. Quum breuitatem, quæ est per Græcum, sectamur. Quum perdit res gratiam in Latino. vt in illo Diogenis ad furem, quem in balneo videbat, ἐπ' ἀλειμμάτιον, ἢ ἐπ' ἄλλο ἱμάτιον, id est, *num ad vnguentulũ, an verò ad aliud vestimentum?* Et hæc multa sunt in quaq; lingua, quæ trãsferre in aliam frustra tentaueris. Sic sunt prouerbia nonnulla eidem Cardano. Et sic ista nobis exponere eruditi solent per alia similia eius linguę in

l Hier. con. Iou. 2.

m Bez. 1. Cor. 7. 35.

n Aug de ciui.

qua scribunt: eadem non reddunt fidi interpretes. Referes ad primum casum etiam quod ait de dictionibus, quæ nondum obtinuerint variationẽ Latinam. vt ita est dictum Augustini: & ita maluit Quinctilianus *συλλογισμὸν* potius, quã syllogismum scribere etiã Græcè. Sed etsi verbũ quidẽ sit Latinum, vsu tamen politiorum non receptum, potest vir politus abstinere ab eo, & vti Græco, vt hoc illud est *ἀδύνατον*, Ciceroni, & aliis, & iurisconsultis nostris vsurpatum.[o] Sunt enim & alii auctores Latini, & alii nostri iurisconsulti, qui à verbo *impossibile* non abhorruerunt.[p] Etiam quum est Latinum, sed inusitatum, vtemur rectius Græco notiore: quod fecisse aliquãdo Virgilium obseruat Gellius. [q]Imò etiam barbaro vtemur notiore, non Latino, in oratione Latina: quod monet prudẽter clarissimus Zabarella, & ipse ita mauult barbarè *consequẽtiam*, quàm Latinè *connexum*, & eiusmodi alia dicere.[r] Etiam vtemur Græco magis, si æquiuocatio nascitur ex Latino.

o Alc. lib. 1 de v. s.

p Gell. 2. c. 26.

q Zab præf. lib. log.

r Mercurial. 2. Hip. de mo. mu.

Latino. vt sic dicunt erysipilas, nolũt sacrum ignem dicere medici elegantes: quicquid censuerint grammatici aliter. Vnius esse hæc rationis videntur. Quoniam sit idem, non esse verbum, & non esse aliqua occasione aptum.[s] Est lucerna Latinum, & testa. Sed lychnos maluit Virgilius dicere in Æneide: quia verbum vile in eo poëmate esse non debuit. lucernę sic abstinuit vocabulo etiam in Georgicis, quod notãt grammatici. Casus stipulationis ex consequenti itidem est necessitate. Cũ enim stipulationis ius communicatum fuerit omnibus gẽtibus: fuit vtiq; necessarium, & id dare, vt sua quisque vti lingua in stipulando posset: ne frustra datũ fuisset, quod vsui facile esse non potuisset. Nam etsi interuenire potest interpres, qui eundẽ sermonẽ efficiat in stipulatione: nec interpres tamẽ semper commodus est, aut superest. Vt hoc mihi aptius videtur, quam quod [t]Cujacius cõmẽtatur, rectè datum, vt quacunq; lingua fieri posset stipulatio, quoniã

s Ser. 1. Geo. 1. Æn Macr. 6. Sat. 4.

t Cuia 14. ebs. vls.

ſoleret omnibus conuentionibus iuris gentium apponi, & concluſio eſſe omnium contractuum: & alium eſſe ſermonem contractus, alium concluſionis non oportere. Vides enim, quod & eiuſdem concluſionis vnius, ſtipulationis ipſius varius ſermo admittitur. Referetur ad primum item caſum quod eſt domini Ieſu verbum, [u] *Eli, Eli, lama-ſabachthani:* ideo enim dicitur recitatum, vt amariſſima intelligeretur Iudæorum paronomaſia ſequens, *Eliam vocat.* Et accedit huc alius Cardani caſus, quum referimus alterius verba quędam eiuſmodi, quę dicta in vna magis, quam in alia lingua, arguunt dicentis ſingularem aliquem affectum. Sic & in encomio Neronis ait, *alienâ linguâ metu excuſſi quomodo loquentur, cum multi nec loqui prorſus queant?* Et conſtantiam, & fortitudinem Neronis, loquentis Græcè, tum morituri, notat. Sanè magnũ illic documentum eſt ſcriptori hiſtoriarum. Sed & alia in eo libro, & in libris de ſapientia: quæ in libris aliorũ

u Matt. 27. vbi not.

non

non reperies facilè. [x] Ad paronomasiam, & similẽ figuram, quod attinet, aliquando nec fieri vllo modo potest commodè, vt referatur, sed omittendus prorsus ille sit ornatus. Et sic notatur ad libros sacros. Ne Mureti iudicium de nõ vertendo tertium Rhetoricorum Aristotelis, ne alia huc comportem, etiam de profanis. Atq; ad primum casum retuli plures satis. Ad secũdum referetur, quum est dubia verbi ancipitis interpretatio. nã legenti sic est relinquendum ipsum verbum Græcum, & iudicium de verbo liberum. Neque enim, ambigua nolle decernere, est ineruditi, sed velle, potius temerarii, vt ita Cardanus. [y] Et vt ita splendidissimus Mercurialis, vt, quando non conuenit, quid sit apud Hippocratem *οἶνος ἀνθοσμίας*, ipsum retineatur vocabulum Græcũ. [z] Et vt ita relinquere voluissem ego alicubi apud Platonem verbum *idiotæ*: præsertim cum & Latinum hoc sit. [a] Sic voluissẽ relinquere alicubi in Nouellis verbum *κηδεμὼν* & *κηδεμονία*, nõ

x Tr. 1 Re 25. Mic. 1. Tze. 2. Ham. 5. Ier. 48.

y Mer. d. 2.

z Plat. 3. de rep.

a Nou. 72.

vertere *curatorem*, & *curã*: quæ Latina vocabula iuris ad res ſpectãt, cũ † Gręca non pertineant min⁹ ad perſonas. [b] Itaq; diſſolui aliquando Iaſonis terribile (ipſe ait) argumentum. Referemus hîc & caſum illum, quum etymologia notatur verbi, quod eſt ex Græco. Quid enim faceres? Sic laudatur eidem Cardano Alciatus, qui ſic de vſuræ nomine aliter tradidit, atq; Accurſius. [c] Alii, & Varro malignè è Latinis eruerunt omnia & ſuas origines Græcis inuidere. [d] Sed ad tertium caſum eſt acris diſceptatio quędam Budęi: quam in partibus ecce recito. *Horũ vnus nuper, nõ quiuis ille quidẽ, ſed muſarũ Græcarũ, Latinarumq; alumnus, gratiarũ etiã credo afflatu ſuauiſſiméq; beatus, eã ob noxam obiter ignominia aſperſit, qui Græca Latinis permiſcerent. Quẽ etiã virũ ipſum magnũ aliorũ iudicio eſſe puto, ſuo etiã ipſius, atq; meo, multo omniũ noſtræ memoriæ maximũ eſſe, non inuitus fateor, & libẽter agnoſco: tamẽ audebo bona hominis venia (vt ſpero) reſpondere, Ciceronẽ epiſtolas ſuas permultas, caſq; elaboratas, Græcis ver-*

† Cuiac. l. 8. de excuſat. tut.

b Iaſ. l. 4 de leg. 1.

c Scal. de ca l. L. 29.

d Bud. l. 2. de pœ.

verbis, sententiisque distinxisse: in libris etiam oratoriis, atq; philosophicis, in quibus linguam Latinã locupletare præcipuè cõcupiuit, post vocabula Latina, Græca quoque ipsa substituere solitum. nimirum ne nõ satis à lectoribus perciperetur, quod intelligi volebat: simul vt, verè, & rectè Græca Latinis se reddidisse, fidem faceret. Equidẽ in animum ipse inducere non potui, eorum, quæ de Græcis mutuor, auctoritatem Latinis, fidemque me probaturũ, nisi verba quoque ipsa vnà laudarem cum auctoribus. Et hæc igitur alia caussa fuerit miscendi linguas, vt constet, quã verè, quã congruè, quamq; ex auctoris ipsi⁹, qui laudatur, & vertitur, sentẽtia id affirmetur, de quo est quæstio. Atq; occasio ista, si vmquam, aut vsquam fuit, certè est hodie, vt Budæ⁹ notat, quum trãsferunt multi confidentius de aliis linguis, quàm tolerabile sit. Certissimè hęc est occasio in concionibus sacris, & reliquis religionis: vbi tantopere fides apud auditores, aut aduersarios laborat. Et ergo nõ in epistolis modò ([e] vt sic rem cogit M. Antonius Maio- [e] Maio, 3. ep. q. 11.

ragius) ista mixtio probabitur: & non grammaticis solis, vt Budæo (inquit Cardan⁹) propriâ quadam professione permittitur: sed & in libris oratoriis vsurpatur, & philosophicis: sed & in orationibus Apuleius in apologiis vsurpauit. [f] Cicero in orationibus. Necessaria mixtio hodie in orationibus de religione grauissimis, suspectissimis. Et quod afferunt in contrariũ, non sic scripturam sacram protulisse vmquam quidquam per istã mixtionem, id est nihili. Nihil enim fit sine caussa: atq; caussa cũ nulla fuerit, cur scriptura sic variegaretur: merito nec est variegata. Ineptus ille, qui ignosci petiit à concione sibi, quod in Anglica oratione Latinum verbum protulisset. Nec enim culpam admisit vllã, si cum caussa sic fecit. at, excusando se, imitatus ineptias est Tyberii, [g] petere veniam soliti, si verbum dixisset Græcum vel de re, quæ Latino verbo exprimi non valebat. Aut si iste sine caussa miscuit Latinum Anglico, tanto exstiterit ineptior, quanto culpam ma-

f Cic. in Pis. Ver. 5. Phil. 1.

g Suet. Tyb. 71.

malueric deprecari, quã culpa carere. [h] vt Cato homini illi respondit, Græcè scribẽti, & veniam eo nomine postulãti erratis in Græca oratione suis, quod Latinus, non Gręcus esset. Aliqua sed tamen caussa illius mixtionis & in scripturis est. Nam fatemur, esse in testamento nouo voces quasdã Hebraicas, quæ exprimi Græcè non poterant. [i] Ita Hieronymus, & Augustinus de *Hosanna*, *Amen*, *Haleluia*, & aliis. Sed & *raka* cur retinetur? [k] verbũ imitationis contumelię erga familiares, & significans vanum & vacuum, scilicet iudicio. [l] De veteri acclamatione retentum *Hosanna*. de extremo anathematis *Maranatha*: in veteri olim ecclesia, & in apostolorũ scriptis, & nũc seruatũ *Haleluia*. [m] Quid quod Ieremias admiscet aliquando Syra, quum Syris dici vult? [n] Nã vti sermone debemus eius ad quem loquimur. [o] Sic libris Danielis quędã dicta Chaldaicè. Et plures igitur sunt caussę, quę de ista mixtione adfirmẽt in scripturis. Et pro ea etiam altercatio Augu-

h Gell. 1. c. 18. Macr. proe. lib 1.

i Hier Dama. Aug. ep. 178. Aliter Beza 1. Cor. 14 & vlt. item 2 Cor. 6.

k Basil. comp. q. 51 Tr Matt. 5.

l Tr. Ps 54. & not. 1. Cor. vlt. Matt. 21.

m Ier. 10. vbi Tr.

n Alc. lib. 2. de V. S.

o Bell. 2. de V. D. 1. & 3.

ſtini eſt. qui notatque, quemadmodum Paulus in vno nomine duabus vtitur linguis, aiens, *abba, pater.* [p] Nec repugnat hîc Druſius elegantiſſimus, qui tradit, receptas olim in vrbem Hieroſolymitanam voces Græcas multas: & itaque ſolitos Hebræos veteres vocibus ſæpe vti Græcis, quas adderent vocibus ſuæ linguæ: & itaque etiam Chriſtum dixiſſe *abba, pater.* Beza tamen, additũ ab Euãgeliſta verbum ὁ πατὴρ Syriaco vocabulo explicando, cenſet, & alii in his aliter docẽt. Ceterũ quę cauſſę ſunt ſecũdi, & tertii caſus Cardani, eæ lõgè ſunt à ſcripturis ſacris. Neq; enim auctoritas Spiritus ſancti, dictãtis ſcripturas, vereri vllas lites habuit, an sẽſus ali⁹ fuerit, aut aliud verbum: & an addiderit ipſe cum ſuis nunc verbis emphaſim teſtimonio, quod aliunde affert. Maior fuit, & excellentior auctoritas euangeliſtarũ, quàm vt ſub iſtas regulas ſermo ipſorũ venire deberet. Quinimo obſeruatũ hoc eſt à Caluino magno, in aliũ aliquando referri ſenſum

p Druſ. vo. N. T. ſi. & in d. *phiala.*

ſcripta veteris teſtamenti à ſcriptoribus noui, atq; illi protuliſſent veteres. Tāta fuit libertas ſpiritus apoſtolici. [q] Et hæc fortè illa multa ſunt, quæ de veteri teſtamēto à Chriſto, apoſtolis, euangeliſtis prolata, nec in codicibus noſtris haberi, ſcribit Hieronymus. [r] *Et eccleſia quum in ſcripturis verba vel alterat, vel alternat, fortior eſt ea compoſitio, quam poſitio prima verborum.* quod audet Bernardus. [s] Nam de interpretib. ſeptuaginta quid referam, quæ idem Hieronym⁹, aliiq; & ſæpiſſimè Auguſtin⁹ in propoſito libertatis eorum in transferendo, ſcribunt? Et neq; Spiritui ſancto (quæ & cauſſa alia mixturę) ea fuit cura, vt per artes, & artificia humanæ eloquētiæ inſinuare ipſe ſuā doctrinā vellet. Nobis autē id nequit negligi. aut fruſtra laboratū ſit hîcsēp ab omnib⁹. Legi aliorū, & Bezę. 1. Cor. 14. ℣. 10. 11. 13. q̄ cōtra iſtud videri poſſunt, quæ nos ſcribimus. Sed imò illa sūt nobiſcū. Dulce autē accidit ad aures noſtras, & ꝑtingit ad animos alti⁹, ſi ſonos ipſos verborū, ſiue ſcriptura-

q Hier q. ſup. Gen.

r Ber. in vi. na. do. ſer. 3.

s Aug. Gen. q. 152. 169. Ioſ. 18. 19. de ciu. 15 c. 14 23.

rum, siue patrum, siue aliorũ aliquando audimus, & per interpretationis iterationẽ accipimus. [t] *Quid suauius, quàm duos præcipuos vates audire idem loquentes?* inquit Macrobius in collatione locorum Virgilii de Homero sumtorum? [u] Et quod ornat & quod blanditur auribus, otiosum non est. [x] *Voluptati auriũ morigerari debet oratio:* inquit Marcus Tullius. Est quidem in cõparatione mixtio necessaria. & est Cardani casus. Sed est & illud, quod dico, iucundum etiam extra casum cõparationis. Sed & tertium est, vtile. Nam magna hîc est ratio ad eloquentiam, quum prouocare videmur auctores in nostra lingua, quos suâ inducimus loquentes, & æmulamur nostrâ. Atq; valet ratio hæc in academiis valde: vbi in hoc eloquentię studium incumbitur. Et igitur neq; tempus teritur (quod ridiculè clamitant nõnulli) in istis iterationibus. [y] Pulcrum quoq;, atq; decorum, rem pulcram bis, & ter dicere: vt inquit Plato: & sæpius repetẽdum, & versandum oratione. Aptè & ex

t Macr. 5. Sat. 3.
u Manu. pro Quinct. & diuin.
x Gell. 2. c. 17.
y Pla. Gorg. Phil.

& ex Aristophane, [w] *Si ter dicamus, vix exaudimur tamē.* Quod si patres idem ([z] de quibus nihil est effuse dicendū tamē) nō fecerunt. ea est caussa Græcis, quod linguæ aliæ omnes auribus Græcorum barbaræ erant. [a] Quemadmodum Hebræisq; vilis cognitio linguarum semper fuit. Etiā hoc Cardanus dicit, posteriores linguas non inseri decenter prioribus, Italicā Latinæ, Latinam Græcæ, Græcam Hebraicæ. maiorem enim habere debeant auctoritatem, quæ admiscentur. Et nec istud tamē semper tenetur. Et varie limitatur. In Græcis legibus Iustiniani sunt Latina multa: itē in Græcis euāgelistarum, Latinis autem patribus aut placebat lingua Latina satis: aut plerisq; † aliæ erāt incognitæ. Quod & dixeris de Græcis. [b] Vnus enim Græcorum nominatur Origenes, in quo & miratur tota hîc Græcia, qui Hebraicā norit. Latini cōpluscu li nouere Græcam, & Hieronymus vtramq;. Etiam & Græci nouerunt quidam Latinam. Augustinus ille patrū

w Arist. b. Ran. 1.

z Hier. ep. 8. 17.

a Iose. fi. lib. antiq.

† Beza 16. Matth 13. de Ebraica.

b Tig. præf. bibl Hierony. ep. 25.

a Aug. Ge. q. 69 & 131. Drus. 2. misc. 84.

optimus, Græcam calluit tenuiter.[c] quod non vno loco ipse significat. Quamquam nec est solum de dicentibus ipsis hîc vidẽdum, sed magis de audientibus. Populum verò nec Latinam nisi rusticam, & barbarã tenuisse, id certum est.[d] Quæ caussa & rustici, & barbari sermonis patrum sępius. Et sic qui cõcionantur ruri, aut apud rurestres rudesve, nõ sanè linguas adferent, imò nec linguã excultã nimis.[e] Scilicet hæc prima pars prudẽtię est, ipsam, cui præcepturus sis, æstimare personã. Neq; formator agricolæ debet artibus, & eloquentia rhetores æmulari. Quod à plerisque factũ, dũ disertè loquũtur rusticis; assecuti sunt, vt intelligi doctrina eorũ nõ potuerit. Quæ Palladius ꝓbè. Documentũ autẽ certissimũ, & receptissimũ est. Ceterum in academiis alia ratio est. Ad barbaros, & rusticos nõ sunt cõciones in illis locis. A patrũ concionib. bona ratio nõ est ad cõciones academicorũ. Et ignorantia elenchi isthæc decipit sæpius virum magnũ: qui istãq; mixtio-

d Eras. Præf. Arno.

e Pallad. 1. tit. 1.

xtionē reprehēdit in academia. Honoratur etiā concio academicorū, si, qui verba ad ipsos facit, sic immiscet linguas.[f] Et sic ad Alciati nostri, & aliorum doctorum honorē dare se, testatur palā maximus tum concionatorum Italiæ Cornelius Mussus, quod Latina plura in concione admisceret illis pręsentibus. Sic, opinor, honorare Atticum voluit Cicero, quū Gręcè tam multa in epistolis ad illum. Cardan⁹, quod ad Græcū quasi scriberet. Fortè & obscuritatis caussa aliquādo, quod & Cæsar in Gallia voluit. Habet Cardanus adhuc alium casum quæsitæ honestatis, & verecundiæ.[g] Atque euenit sanè, vt vna lingua proferri aliquid nequeat verecūdè, quod potest aliâ. ecce sermone Belgarum (vt audio) verbum, vnde nomen *sponsæ*, obscænū adeo est, vt nemo cast⁹ pronuntiarit: quod in Latina non tale est. Sic alia. Et hi omnes modi sunt mixturæ linguarum. Sed & papistæ huc adeunt etiamnum: qui vbiq; aliquam habent confusionē linguarum, in concioni-

f Cor Mu. cons. Pap.

g Drus. 15. obs. 14. 15.

h Beda. 4. hist. 26. & lib 4 c. 22. bus, in missis faciẽdis, ([h] *facere, celebrare missas* lego apud Bedam: [i] & apud

i Cuia. nou. 7. 3. veteres omnes sic esse *agere, facere, tenere, complere*, non etiam *dicere, canere, audire*, tradit optimus auctor Cuiacius: & apud Cassianum, notante Ciacconio, missam pro quacunq; congregatione orandi caussa) confusionem pontificii habent passim. De quorum

† Beza 1. Cor. 14. † facto feres vtiq; sententiam condemnatoriam. Cũ linguas misceant populo nõ intelligibiles. [k] Quod est cõtra canonicum ius ipsorum, & contra Cæsareum, & cõtra omnem rationẽ.

k c. 14. de off. ord. c. 12. dist. 38. Nou. 145. l. 11. de inst. Alc. 1. 2. de V. S.

Inuidentes plebi, & nec ferentes illa

l Hier. ep. 17. Hieronymi:[l] *Arator hic stiuam tenens Alleluia decantat. Sudans messor psalmis se auocat. & curuã attondens vitem falce vinitor aliquid Dauidicum canit. hæc sunt in hac prouincia carmina, hæ (vt vulgo dicitur) amatoriæ cantiones, hic pastorum sibilus, hæc arma culturæ. laudant Hierosolymam, & vituperant Romam.* Et defendi tamen põtificii posse videantur. quoniam retinentur multa, quasi tradita per manus, quæ mutari vetantur religione,

gione, longo veluti cõſecrata tempore.[m] vt de carminibus Saliorum ſcribit Quinctilianus: quæ ipſis vix ſacerdotibus poſt intellecta fuere.[n] Etiam eſt dogma papiſtis, ne liceat in officiis ſacris vti, niſi linguis ſacratis tribus in titulo crucis Domini. Credunt, apoſtolos ſic locutos aliquando, vt nec eorum verba perciperẽtur niſi ab his, qui munere interpretum fungebantur in eccleſia.[o] Perſuaſũ habent, peregrinarum vocũ recitatione animos non intelligẽtium inflammari magis. Hæc commẽta vaniſſima ſunt.[p] Quis non riſerit Baldum, qui docet, iudicẽ poſſe ſententiã ferre Hebraicè, Græcè, Latinè: quoniã ſic in paſſione Domini fuit?† Eleganter Plinius de medicis, *Auctoritas aliter, quam Græcè eam tractantibus, etiam apud imperitos, expertesq; linguæ non eſt. Ac minus credunt, quæ ad ſalutem ſuã pertinent, ſi intelligũt.* Ceterum ſuccidere radices vanitatũ oportet, nõ tempus terere in foliis decutiendis, & mixtionem linguarum, aut vſum linguæ nõ intelligibilis ſim-

m Quinct. l. 1. c. 10.

n Baro. cent. 4.

o Vall ſa ph. Sleid. 12.

p Bal l. 12. C. de ſe. & in. om iu.

† Plin. 29. 1.

q Gal. 4. de puls. pliciter improbare.[q] semper enim vera est Galeni sentẽtia, ne ea reprehendatur definitio, quæ confecta ex præiudiciis sectæ est; sed ipsa præiudicia

r Cic de har. resp. tollendā sint. [r] Ad religionem pertinent & illa Cicer. de Megalensibus, *Qui vni ludi ne verbo quidem appellantur Latino: vt vocabulo ipso & appetita religio externa, & matris magnæ nomine suscepta*

s Ser. 2. Georg. *declararetur.* [s] Etiā hymni huius deûm matris vbiq; lingua Græca canebantur: alia pleraq; sacra pro gẽtium linguis celebrabantur. Sed iam nimis multa hîc veluti per excessum.

FINIS.